5,593/B

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30538804_0001

59071

LIBER NIGER SCACCARII,

NEC NON

WILHELMI WORCESTRII

ANNALES

RERUM ANGLICARUM,

CUM PRÆFATIONE ET APPENDICE

THOMÆ HEARNII

AD EDITIONEM PRIMAM OXONIÆ EDITAM.

EDITIO ALTERA.

ACCEDUNT

CHARTÆ ANTIQUÆ

ET

OPUSCULA VARIA

HISTORIAM ET ANTIQUITATES

ANGLIÆ SPECTANTIA;

ET ANTEHAC INEDITA.

VOL. I.

LONDINI:

APUD BENJ. WHITE, IN FLEET STREET.

MDCCLXXIV.

[illegible]

LIBER NIGER SCACCARII,

NEC NON

WILHELMI WORCESTRII

ANNALES

RERUM ANGLICARUM,

CUM PRÆFATIONE ET APPENDICE

THOMÆ HEARNII

AD EDITIONEM PRIMAM OXONIÆ EDITAM.

CONTENTA OPERIS.

I. EDITORIS Præfatio. Pag. ix.
II. Liber Niger Scaccarii, (ſive Liber Niger Parvus Scaccarii) Pag. 1.
III. Catalogus tenentium terras per ſingulas Hundredas ſive Centurias in Comitatu Linc. tempore R. Henrici II. 399.
IV. Wilhelmi Wyrceſter Annales rerum Anglicarum. 424.
V. Wilhelmi Wyrceſter Ἀνεκδοτα quædam alia hiſtorica. 522.
VI. A Note about Sir Simonds D'Ewes. 542.
VII. An Account of Maud, (eldeſt Daugh. of K. Hen. II.) out of Sandford's Genealogical Hiſtory of the Kings of England. 543.

VIII. De Guilhelmo Botonero, è Baleo. 544.
IX. De Gulielmo Botonor, è Joanne Joſſelino. 545.
X. De Guilhelmo Buttonero, è Joanne Pitſeo. 546.
XI. De Guilhelmo Worceſtrio, ex eodem Pitſeo. 547.
XII. De Guilhelmo Worceſtrio, è Gerardo Joanne Voſſio. 547.
XIII. De Gulielmo Wirceſter, ex Antonio à Wood. 548.
XIV. Excerpta è Gilberti Kymeri *Dietario de Sanitatis cuſtodia*, penes Medicum clariſſimum Hans Sloanum, Baronettum. 550.
XV. The Antiquities of Chilſwell near Oxford. 559.
XVI. Some Notes relating to the Hiſtory of Oxford, and the Places thereabouts, by Mr. Anthony à Wood. From a MS. (written by the Author's own hand) in the hands of the Publiſher. 571.
XVII. Remarks relating to Abbington. 594.
XVIII. An Account of the erecting and building of the new Croſs at Coventre, in the 34th. year of Henry the VIIIth's. Reign. 601.

XIX.

XIX. Notæ, in quibus, inter alia, Thomæ Rotherhami, archiepiſcopi Eboracenſis, Teſtamentum ultimum; Fragmentum Statutorum Collegii de Rotherham; & Novatorum quorundam fanaticorum in agro Cantiano Petitio contra Carolum I. inter principes optimos atque innocentiſſimos numerandum. 694.

LECTORI

THO. HEARNIUS

S.

§. I. NE in amicum eximium ingratus eſſe videar, id inprimis, mi lector, ſciendum eſt, mihimet *libri nigri Scaccarii* (operis certe auro contra non cari) exemplar, quod ſecutus ſum, donatum fuiſſe à Richardo Graveſio, viro egregie docto, Mickletonienſi. Sed quum loca aliquammulta mihimet ſuſpectæ eſſent fidei, hinc, ut cum autographo, in Muſéo Aſhmoliano Oxoniæ adſervato, (legato nimirum à Guilielmo Dugdalio, ſummo noſtriæ Angliæ viro) priuſquam typis mandaretur, diligenter conferretur, operam dedi.

di. id quod & ipſe etiam feci, propria manu propriiſque etiam oculis uſus. Deus faxit, ut certo reipublicæ litterariæ commodo. Omnibus igitur ad autographi fidem emendatis, tum demum operis typographicis apographum meum in manus tradidi, eo ſcilicet conſilio atque fine, ut ea, qua par eſt, fide cuncta in lucem prodirent. Ceterum poſtquam partem longe maximam *libri* hujus *nigri* abſolviſſent typothetæ, in manus tandem pervenit exemplar aliud ejuſdem manuſcriptum, nobiſcum perquam benevole communicatum ab Edvardo Harleio, Oxoniæ Comite clariſſimo, optime profecto de nobis merito. quod quidem exemplar eo nobis gratius fuiſſe teſtor, quia idem ad ipſum pertinebat Simondſium Deweſium, Equitem Auratum ac Baronettum, virum his in rebus, ut noſtratibus omnibus notiſſimum eſt, verſatiſſimum. Et ne codicem vilem eſſe cenſeas, teſtis locuples eſt ipſe Deweſius, eundem à ſeipſo fuiſſe collatum cum eodem illo Codice pervetuſto, ad cujus fidem fuerit exſcriptus. Sed quum tardius quam optaſſem ad nos devenerit iſtud exemplar, ea plane de cauſſa tam ipſius lectiones variantes, quam et Deweſii notulas criticas, ad calcem operis noſtri ſejunximus, lectiones Codicis Harleiani variantes littera *O*, notas criticas aliaſque Deweſii littera *D*, paſſim ſignantes.

§. II.

§. II. Hæc breviter de tribus, quos adhibuimus, Codicibus. At vero ad illum quod attinet Codicem vetuſtiſſimum, in Scaccario adſervatum, de illo agant alii. Nec enim noſtrum eſt de illo vel diſſerere, vel etiam de eodem litem intentare, uti nec aliquid inde depromere. Sufficit, quod apographum fideliter protulerim, & non tantum cum Codice Dugdaliano, ſed & (necubi claudeat induſtria noſtra) cum Deweſiano etiam contulerim. Et quidem ſimul atque tantorum virorum nomina audiveris, nullus dubito, quin, editionem noſtram ea plane de cauſſa magni eſſe faciendam, ſis judicaturus. Equidem id verum eſt, propria ſua manu Codicem ſuum non ſcripſiſſe Dugdalium. Et tamen ſæpius in eodem comparet. indiciaque plane ſunt mihi perquam manifeſta, eundem eſſe Codicem authenticum, eamque ob rationem, tanquam ſummi pretii peculium, in ſcriniis ſuis à Dugdalio fuiſſe reconditum.

§. III. Utrumque, tam ſcilicet Dugdalium quam & Deweſium, ſumma diligentia in Codicibus exſcribendis uſos fuiſſe non eſt cur neges. Unde igitur, inquies, tantopere diſcrepat hinc inde *libri nigri* Codex Deweſianus à Dugdaliano? Item, unde eſt, quod in exemplari ſuo ſic nonnunquam (nam maxima ex parte rectiſſime ſe habet apographum) à veteri ſcriptura receſſerit Deweſius, ut non tantum voces aliquoties

ex

expunxerit, in ipſo Codice Scaccariano exſtantes, ſed & litteras ſubinde inſeruerit, in ipſo eodem Codice deſideratas? Quinimmo, nam iterum rogabo, unde eſt, quod uſque adeo à Codicis Scaccariani compendiis recedat, ut non raro integras voces expreſſerit, quæ aliter plane ſe habuerint in Codice, quem diximus, Scaccariano? Certe inde hoc factum fuiſſe opinor, quod librum hunc prelo deſtinaverit ipſe Deweſius, operaque ſane dedita ſæpe ab ipſo Codice Scaccariano diſceſſerit, ut omnia clariora ac apertiora eſſent lectori, in compendiis, verbiſque ſive locutionibus id genus decurtatis, non ita verſato. Quid mirum igitur, ſi illa plene expreſſerit, quæ in MS. Scaccariano per compendium tantummodo ſcripta repererat? Nec miraberis, ipſum opus hoc non edidiſſe, ſecus atqui (et opinio mea fert) inſtituerat, poſtquam intellexeris, Deweſium (qui die XVIII. menſis Decembris A. D. M.DC.II. in parochia de Chardſtocke in agro Dorſettienſi natus eſt[1], obiitque[2] die XVIII. menſis Aprilis A. D.

1 I was borne, through the mercie and Providence of my gracious God (who hath hitherto preſerved mee) at Coxden, in the pariſh of Chardſtocke, in the county of Dorſet, upon Saturday the 18th. day of December, about 5. of the clocke in the morning, in the year of our Lord 1602. Sic vita Deweſii (f. 1. a.) à ſemetipſo conſcripta, penes comitem Oxonienſem, Edvardum Harleium. 2 Vide Appendicem ad hoc opus, Num. I. ut & editionem primam ſive genuinam (cave enim, ne uſpiam fidem habeas editioni ſecundæ ſive ſpuriæ) *Athenarum Oxonien-*

M.DC.L. virum fuiſſe quantumvis diligentem ac eruditum, vanum tamen ac inanem, regiæque Majeſtati, Seldeni ad inſtar, (neque non, ut hoc obiter notem, et Seldenus, opinione de ſeipſo mire inflatus [1], et Deweſius homines erant tam *Puritanorum*, quam et omnium etiam *Fanaticorum* perduelliumque, qui quæſtum è tumultibus publicis fecerunt, exiſtimatione re vera maximi) inimicum atque infeſtum [2], et qui (utpote verſatilis ingenii) perplura (in quibus Hiſtoria Anglicana [3] numeranda, ad quam tamen

nienſium. Vol. II. col. 111. 1 On Tueſday, Sept 28. [1624.] going as I frequently uſed, to viſit Sr. Robert Cotton, England's prime Antiquarie, I ther met Mr John Selden, of the Inner Temple, a man of deepe knowledge & almoſt incomparable learning, as his many publiſhed workes doe ſufficiently witnes: with whome Sr. Robert, our joint-freind, brought mee acquainted, & wee helde ever after a good outward correſpondencie. but both of them beyng moore learned than pious, I never ſought after or ever attained unto anie great entirenes with them; yet I had much moore familiaritie with Sr. Robert Cotton, then with Mr. Selden, being a man exceedinglie puft upp with the apprehenſion of his owne abilities. Ita in vita Simondſii Deweſii, jam citata, f. 75. b. ab ipſo nimirum Simondſio conſignata. 2 Recte igitur amicus doctiſſimus, in litteris ad me nuperrime datis: Simonds D' ewes ſtands in the Liſt of thoſe that took the Covenant, printed (viz. 4000. Copies) by Order of the Houſe of Commons, Febr. 5. an. 1643, & ſo, no doubt, was more for the Common wealth, then for the King. 3 May I beganne already [Aprill 1620.] to conſider of employing my labours for the publike good, not doubting, if God ſent mee life, but to leave ſomewhat to poſteritie. I penned therefore divers imperfect eſſayes; beganne to gather collectanies & conjectanies, (in imitacion of Aulus Gellius, Fronto & Cæcellius Vindex) with divers other materialls for other workes: all which I left imperfect; & ſome of them unattempted

conſcribendam, meo equidem judicio, minus erat idoneus) pollicitus fuerit, pauciſſima perfecerit. Adeo ut neutiquam etiam ſubeat mirari, *librum rubeum* ab ipſo inceptum conferri, illico quaſi fuiſſe rejectum, aliis haud dubie, quibus ſe ſtudioſe immiſcuerat, avocato negotiis. quæ tamen collatio quo minus neceſſaria eſſe videatur, obſtitit Dugdalii in Baronagio ſuo diligentia. Quin & ut omnia in *libri nigri* ſuo exemplari quam accuratiſſime expreſſa eſſe viderentur, maluit Deweſius ad orthographiæ regulas non pauca fabricare, quam vitioſe, id quod ipſe exiſtimabat, repræſentare. Itaque quamvis ſe accurate contuliſſe exemplar ſuum teſtetur, illud tamen ita intelligendum, ut ad arbitrium hinc inde muteverit, aliter atque fecit Dugdalius, cujus Codex exhibet compendia examuſſim, ut videtur, ſicut in Codice Scaccariano repererat. Nec tamen diffiteor, memet (prout editorem decet) cui, ob uſum conſuetudinemque, res ejuſmodi minime fere ſunt obſcuræ, compendia etiam ipſa (librariis, nunc celeritati, nunc ve-

tempted alſoe, after I once fell into the ſtudy of Recordes & other exoticke monuments of antiquitie; out of which I have alreadie gathered a number of particulars, for the framing of the exacteſt Hiſtorie of Great Britaine, that remaineth of anie nation in the Chriſtian world; which I hope, if God continue my life, & the truth of the goſpell in England, without intermixtures of Pelagian hereſies & popiſh Idolatries with it, to finiſh a great parte of it. Vit. Deweſ. f. 47. a.

nuſtati ſtudentibus, non raro aſcribenda) ubique plene adhibuiſſe, niſi in quibuſdam vocibus, puta vel ambiguitatem, vel etiam duplicem ſignificationem præ ſe ferentibus. Quæ profecto ambiguitas in cauſſa fuit, cur et explicationes ad imum paginæ paſſim ſubjicerem, quibus & alias porro annotationes adjecimus, quæ non tantum adjumento eſſent, ſed et uſui etiam hiſtorico pariter atque delectamento. Neque dubium (nam ita auguror) quin & haud paucos locos indie apertum iri lubentiſſime ſis agniturus. Ceterum neque has diſcrepantias, ſive vocum aliquot (nam ad numerum immenſum non excreſcunt) diverſas ſignificationes, tanti eſſe exiſtimo, ut de iiſdem tanquam pro aris ac focis digladiemus; quippe qui exploratiſſimum habeam, alios hanc, alios illam rationem ſcribendi & interpretandi amplecti, ac mordicus etiam pro re nata defendere. Itaque quum his de rebus varii varie ſertam ducant, inde plane factum, ut nihil ex iiſdem certi colligere liceat.

§. IV. Diximus de Deweſio, viro, ſi diligentiam ac eruditionem ſpectes, ſpectatiſſimo. Cujus equidem editio *libri nigri* ſi prodiiſſet, fruſtra forte à nobis eidem operi impenderetur labor. At vero, quum ipſius conatus ex ſententia non ſucceſſerint, ut ipſe tandem in me ſuſciperem hortati ſunt amici aliquot, qui multum apud me poſſunt. Docuerunt ſcilicet amici iſti, opellam

lam noſtram antiquitatum Anglicarum omnibus ſtudioſis (et qui adſunt, et qui futuri ſunt) pergratam fore. In his etiam ipſe Graveſius numerandus, qui ſemel atque iterum, ut juris facerem publici, monuit. Ipſius hortatio, valde placuit, maxime quum me certiorem fecerit, ſe quoque paucis abhinc annis de eodem proferendo cogitâſſe, ſed quo minus pergeret obſtitiſſe à prelo diſtantiam. Quid quod et in tanto intervallo familiaris itidem ipſi defuerunt eruditi, qui ſphalmata corrigerent typographica, aliaque peragerent, quæ ad nitorem pariter atque emendationem operis maxime pertinebant?

§. V. De *libri nigri* utilitate nemo eſt qui dubitet. adeo ut de ea paullo fuſius diſſerere animus non ſit. Continet certe nobilium noſtrorum generoſorumque hominum ſyllabum, omnium, quos habemus, librum ſi excipias de Domeſday cenſualem, antiquiſſimum. Nec tantum nomina complectitur, ſed et feoda etiam ipſa, quotque quiſque tenebat, tam de *veteri feoffamento* (id eſt, tempore Henrici I.[1] vel etiam antea) quam de *novo* (ſcilicet poſtquam jam regnare cœpiſſet

1 Which William ——— certified to the King what Knights fees he then held of him; viz. Thirty two de Veteri Feoffamento (id eſt, whereof he was enfeoffed in the time of King Henry the firſt) and ſix Knights fees and an half de Novo Feoffamento (that is to ſay, whereof he was enfeoffed ſince the beginning of King Henry the ſeconds Reign) &c. Dugdalii Baronag. Vol. I. p. 113. in quo opere & alibi itidem de ſignificatione *veteris* ac *novi feoffamenti*.

Hen-

Henricus II. etſi ſatis compertum habeo, alicubi [1] de Stephani itidem regno intelligi) ſtatuit. Quin et, ne jejunum dicas, Præfationes Concluſioneſque chartarum ſingulare quid in ſe habent pariter ac jucundum; quemadmodum et jucunda etiam ipſa ſunt reliqua profecto omnia, quæ, una cum indice feodorum in quovis comitatu, (pro Angliæ ſtatu tunc temporis) hoc ipſo in libro calamo pinguntur. Feodorum mentio paſſim in Hiſtoricis noſtris; eorundemque cognitionem neceſſariam eſſe, omnibus obvium. utpote ſine qua nec juris feudalis (in plures ramos diffuſi) ulla poteſt eſſe peritia, uti nec clara abſque ea poſſit eſſe obedientia illa feudalis, quam Dominis præſtare debent ſubditi. Tam utilis igitur quum ſit hujuſmodi cognitio, quid impedit, quo minus ſcribamus, quam optime facere illos, qui de feudis agunt veteribus, & in unum hoc de argumento colligunt quæcunque in monumentis exſtant antiquis MSS? præſertim quum uſu ſæpe veniat, ut non pauci decipiantur argumentationibus hac de re recentiorum ſcriptorum, Codicibus veteribus, quorum ſubſidio erroribus medicina expedite fieri queat, minus, fultorum, alioque ſatis præſtantium? Quid etiam obſtat, quo minus publice prædicemus, rem eruditis nec inutilem nec injucundam

[1] Vide *librum* hunc *nigr.* pag. 59.

præ-

præſtitiſſe Richardum noſtrum Graveſium, quum è bibliotheca Cottoniana alia quædam eodem ſpectantia comparaverit, quæ non tantum nobiſcum communicavit, ſed et ſponte ſua dona dedit? Quidni igitur et hæc etiam in lucem edamus, antiquariorumque in uſum convertamus? Haud dubie et illa itidem exſpectabis mi lector. Idcirco operæ pretium duxi una cum *libro nigro* proferre.

§. VI. Sed et hæc dum antiquariis profutura eſſe innuimus, neque illud interim in tabulas referre pigebit, anſam feodorum Indicem, juxta Comitatuum ſeriem hoc in *libro nigro* adhibitum, conficiendi præbuiſſe conſilium, quod iniit Henricus II, Rex Angliæ, Matildin filiam nuptui dandi Henrico, cognomento *Leoni*, Saxoniæ duci. Haſce nuptias memoriæ prodiderunt hiſtorici multi. Nos illa ſolummodo ſubnectimus [1], quæ notavit Sandfordius. in *Hiſtoria* nempe *Genealogica*. Occaſionem etiam indicavit ipſe Dugdalius. Nam ille inſcriptionis auctor in limine operis noſtri, quam tamen de mendo ſuſpectam habeo. Pro *Henrico* igitur *imperatori Romanorum* reponerem *Henrico duci Saxoniæ*. Atque hanc veram eſſe lectionem ſpondere audeo. Neque, ut opinor, refragabuntur alii qui paullo ſint naris emunctioris. Potius calculo ſuo comprobabunt. Et tamen ſcio non deeſſe etiam

1 Vide Append. Numb. II.

alios,

alios, qui & ipſum *imperatorem* appellaverint, quam vero fruſtra illi, è Goltzio ſatis eſt manifeſtum. Sed de his minus laboro. Nam plane nimis longum eſſet ea conſectari, quæ paſſim obvia ſunt in hiſtoriæ Germanicæ ſcriptoribus.

§. VII. In hujuſmodi Indicem rerum id genus Romanarum ſi quis forſitan incideret, illico proculdubio tanquam theſaurum inæſtimabilem laudarent omnes, hiſtoriarum Romanarum ſtudioſi; idque jure optimo, in quibus et egomet ipſe etiam numerari cuperem. Cur non & idem judicium de Codicibus, ad res noſtras pertinentibus, ferendum? illis præcipua, in quibus et tot etiam ala reperiuntur, ad Matildin, quam dixi, neutiquam ſpectantia, æque tamen æſtimanda? Atqui ejuſmodi in *libro nigro* (quem integrum dedimus) exſtare primo intuitu liquebit, è quibus & res itidem Hibernicæ illuſtrari queant, id quod utinam compertum fuiſſet doctiſſimo Uſſerio Armachano, qui ſibi in hoc incumbendum putaverat, ut nihil prætermitteret, quod Hiberniæ antiquitates (eccleſiaſticas potiſſimum) illuſtraret. Nec tamen aſſeveraverim, *librum* integrum *nigrum* ævi eſſe Henrici II. Paucula enim Richardi I. Joannis imo & Henrici III. ævum olent, ſicut & ipſe item animadvertit cl. Deweſius, (qui in eo maxime laboraſſe videtur, ut ætatem, qua omnia fuerint ſcripta, aſſequeretur.)

tur.) Haut operæ eſſet hæc monere, niſi viderem abſque monito multos decipi poſſe.

§. VIII. Vix jam prelo mandaram hoc opus, et ecce! ſermones varii cum de *libro nigro*, tum de *libro rubeo*, Scaccarii. Dum enim de utroque vehementer diſſerebant nonnulli, laborique noſtro litem intentare videbantur, non hæſitabant (ficulno utcunque pugnantes telo) affirmare, *librum nigrum* à *libro rubeo* neutiquam eſſe alium. Hoc verumne an aliter ſe habeat, nihil refert. Attamen falſiſſimum eſſe, meque recte ſentire, ſatis liquet è Dugdalio (cujus potior eſt quam ſciolorum auctoritas) qui non tantum ambos, tanquam libros plane diverſos, ad partes advocat [1], ſed et perquam plura, ad magnates Anglicos ſpectantia, prætermiſit, eo quod vel opus ſuum jam pene abſolviſſet priuſquam *libri nigri* exemplar ſibi comparaſſet, vel quia illud opus quum contexeret, excerpta tantum aliquot è *libro* hocce *nigro* ob oculos habuiſſet. Sed hac de re exacte judicare nequeo. Illud autem in cauſſa eſſe videtur, cur unum ab altero non diſtinguant nonnulli, quia *liber niger* (in exemplari Harleiano *liber niger parvus* inſcriptus) multa continet quæ & *liber rubeus*, & vice verſa *liber rubeus* non pauca quæ & *liber niger*. Sed quo minus plura dicam, negotioque

1 Baronag. T. I. p. 76, & 538, ubi nimirum & alibi *librum nigrum*, paſſim autem *librum rubeum* citat.

iſti nunc temporis memetipſum immiſceam, obſtant notæ noſtræ, in quibus non ſemel ſententiam declaravimus. quæ quidem notæ (ut videtur) omnem controverſiam diriment. Quid quod et è *libro rubeo* complura extracta vidi ac pervolvi, quæ opinionem non parum firmant? in Codice ſcilicet quodam MS. chartaceo, mecum ſimiliter communicato ab Oxoniæ Comite illuſtriſſimo. Stabilit et opinionem noſtram ipſe quoque fecialis doctiſſimus Joannes Anſtiſius, qui et in litteris ad me datis de *libro nigro parvo* mentionem facit, à *rubeo* utique *libro* diverſo, eodem vero prorſus cum *libro* hocce *nigro* à nobis excuſo. Ceterum nos vocem *parvus* in inſcriptione omiſimus, quia et ipſe non agnoſcit, quem ſequimur, Dugdalius. Nec ſane illa debet inſcriptio perpera appellari, quæ hac parte congrua eſt apographo Dugdaliano; contra potius illa improbanda eſt, quæ ab eodem abierit. Itaque non immutavimus; quanquam alioquin non inficias iverim, vocem *parvus* perquam aptam eſſe quæ adjiceretur, ut inde ab alio Codice internoſcatur. Nam et illud demum hîc notandum eſt, alium quoque in Scaccario librum, manu exaratum, adſervari, qui et ipſe vulgo *liber niger* itidem vocitatur. *Gervaſii* nimirum *Tilburienſis dialogum de Scaccario*, cujus perplura circumferuntur exemplaria. Unum nuper pervolvi, mihi tranſmiſſum ab amico pererudito Edvardo

vardo Prideaux Gwyn, armigero. Pertinet ad virum, ingenio ſpectabilem, Weſt Fenton, è Templo Interiori armigerum. Perlegi magna cum voluptate. Sed Dialogus iſte aliquot abhinc annis prodiit. Itaque de eo litem non moveo.

§. IX. Sed quid ego hæc ſigillatim commemoro, quæ omnibus arbitris æquis primo adſpectu liquebunt? qui et ipſi etiam, ut auguror, libenter fatebuntur, nihil fere in re noſtro antiqua *libro* hocce *nigro* utilius eſſe. Quamobrem nec proinde mirandum, ejuſmodi monumentis cunctos ſemper fuiſſe non parum delectatos, qui olim in rebus noſtris Britanicis ſtudium operamque ſedulo collocarunt, maxime vero illi, qui ut bibliothecas perluſtrarent itinera faciebant; è quibus fuit Joannes Lelandus antiquarius, pariter atque Guilielmus Worceſtrius, ne alios nominem. Sed quis ille Guilielmus Worceſtrius? Idem profecto, quem alii [1] Guilielmum Botonerum, Botonorum, ſive Buttonerum appellant. Itaque male Pitſeus, qui [2] diverſos facit. Guilielmus autem iſte honeſtiſſimo (non humili atque obſcuro) apud Anglos loco natus, in parochia nempe S. Jacobi Briſtolliæ, A. D. M.CCCC.XV. tantam rerum litterariarum cognitionem etiamnum puer aſſecutus eſt, ut A. D.

1 Vide Append. Num. III,IV,V,VI,VII,VIII. 2 Vide Append. Num. V,VI.

M.CCCC.XXXI. Oxoniam, tanquam ad bonarum litterarum mercaturam, (ſicut me docuit eruditiſſimus Tannerus [1]) ut primum ſcilicet per ætatem licuit, excolendi ingenii cauſſa ſe contulerit, ubi in aula Cervina [2] A. D. M.CCCC. XXXVII [3]. convictorem fuiſſe compertiſſimum habeo, quemadmodum & A. D. M.CCCC. XXXVIII. eum vitam egiſſe Briſtolliæ maniſeſto conſtat [4]. Adeo ut rectiſſime *Scholaris Aulæ Cervinæ de beneficiis Domini Joannis Faſtolfii, militis, de Northfolcia* ſubinde fuerit nuncupatus. Non inepte igitur hæc nota præfigitur Codici MS. in Collegio Balliolenſi, Joannis Phreæ Coſmographiam complectenti. *Ex dono Venerabilis Viri Willelmi Worceſtrenſis, quondam Scholaris Aulæ Cervinæ de beneficiis Domini Johannis Falſtoff, militis, de Northfolcia, Collegio Ballioli in Oxonia.* Inde (ab Aula ſcilicet Cervina) in comitatum Norfolcienſem contendens, eundem perluſtravit, manſitque aliquandiu in oppido de Caſtre [5] (illic enim vixit A. D. M.CCCC.XL.) ſede militis celeberrimi antedicti D. Joannis Faſtolfii, cujus munificentia ſuſtentatus fuerat Oxoniæ, qui & nunc quoque (quum eſſet vir libe-

1 In litteris, Norvici ſcriptis Oct. 14. M.DCC.XXVII. 2 Hiſt. & Antiq. Univ. Oxon. I.II. p. 346. 3 Ex Tanneri litt. 4 Ex iiſd. item litt. Tann. 5 Hinc ad initium Codicis cujuſdam in bibliotheca Collegii Novi Oxonii, *Iſte liber pertinet Willelmo Worceſtre de Caſtre prope Jermuth.*

ralis,

ralis, nam debitæ laudis præmio neutiquam fraudandus eſt) Worceſtrium (virum ſane ſtaturâ puſillâ, ſed quod natura corpori ſubtraxerat cumulate ingenio redditum ſciebat Faſtolfius) perquam benevole patrocinio excepit, interque alia magna beneficia quibus obſtrinxit, ſicut et alios quoque viros litteratos hoſpitio idemtidem excepit, effecit etiam, ut ſibi ipſi in re feciali inſerviret. Multis annis in re hiſtorica, chronologica, heraldica & Aſtronomica, Medicaq; etiam, exactis, (quippe in qualibet pro ſeculo excelluit) mirum eſt, quantam Adverſariorum molem congeſſerit, quotque etiam libros contexuerit. Ne multa: ea duntaxat ipſius opera erudita (quorum pleraque perutilia ſane ac rerum varietate in primis grata eſſe judico) connumerabo, quæ ad noſtram pro certo pervenerint notitiam. Reliqua, ne actum agam, è Baleo Pitſeoque requiras.

§. X. *Verificatio omnium Stellarum fixarum pro an.* 1440. MS.

De ordinibus Religioſorum. MS. in Bibl. Cotton. Jul. F. VII. 40. Vide Catal. Smith. p. 14. Tractatum hunc collectum fuiſſe teſtatur auctor (uti me docuit cl. Tannerus) *de diverſis Cronicis in Civitate London, ad Complacentiam Domini Nicolai Ancraige, Prioris S. Leonardi juxta Norwic. A. D.* M. CCCC. LXI. Prioratus iſte S. Leonardi ſitus

erat

erat juxta *hamelettum de Pokethorp*, ubi A. D. M.CCCC.LXIII. degiſſe Wilhelmum Worceſtrium prodidit Wodius.

Regiſtratio ſeu excerptio verſuum proverbialium de libro Ovidii de arte amandi, de faſtis, & de Epiſtolis. MS. in eodem volumine Cottoniano. Hanc *Regiſtrationem* A. D. M.CCCC.LXII. conſignatam fuiſſe monuit cl. Tannerus.

Queremonia Magiſtri Johannis Somerſet, Phiſici Domini Henrici ſexti, de ingratitudine Univerſitatis Cantebrigæ, & ſpecialiter contra ſuppremos Socios Collegii Regis, ſuo medio cicius fundati. Carmine ſcripta die 19 menſis Septembris, anno Chriſti M.CCCC.LXXI. In eodem volumine Cottoniano exſtat num. 40. Neque temere alibi inveneris. Hanc in Appendice noſtra ad Thomæ Elmhami vitam Henrici V. edidimus. In quo opere oſtendi etiam, tum Worceſtrium noſtrum, tum et alios etiam falli, qui in Joannem Somerſetum ingratos fuiſſe Cantabrigienſes retulerunt. Sed temporum iniquitas traxit eos in errorem.

M. Tullii Ciceronis Libri de Senectute Verſio Anglicana. Hanc verſionem Guilielmo Waynfleto, epiſcopo Wintonienſi, (cujus ære collegium Magdalenenſe Oxoniæ conſtructum fuit) Aug. 10. Anno. D. M.CCCC.LXXIII. dicavit obtulitque

que auctor. Quo etiam anno tractatum *de Sacramentis Dedicationis* Wynfleto itidem dicaviſſe ait Wodius, cujus tractatus & Worceſtrium auctorem fuiſſe diſertim dicit. Recte monuit, eo anno fuiſſe Waynfleto oblatum. Hoc enim conſtat ex ipſo tractatu, in membranis exarato, & in bibliotheca collegii Magdalenenſis adſervato. In eo tamen culpa non vacat, quod adſcribat Worceſtrio. Inde vero deceptus erat Wodius, quod ſciolus quidam recentior (harum rerum imperitus) ad ejuſdem initium ſcripſerit, *Worceſter de Sacramentis dedicationis.* At vero neque indigne feres, ſi hac parte & ipſum quoque Wodium imperitiæ arguam, qui Codicem inſpexerat, aliâſque etiam Worceſtrii manum viderat. Atque vel ea de cauſſa ipſi vitio maxime vertendum eſt hîc in manifeſta luce, (nam ob oculos habuit ipſam inſcriptionem Worceſtrianam) velut in Cimmeriis tenebris, ceſpitanti, quia ipſi (ut obtendere ſolebat) magnopere erat curæ, ut omnia de ſcriptoribus quam emendatiſſime conſignarentur. Quid quod & Wodius (ut erat ſingulari induſtria) innumeros fere alios inſpexèrat Codices veteres, unde facillime judicare licuit, & tractatus hujus manum longe antiquiorem eſſe, quam ut Worceſtrii congruat ætati? Ætatem nimirum Henrici III. mea ſententia, redolèt manus. Poſſent & alia in hanc ſententiam adduci. Sed Wodio forſitan venia dan-

danda, quod operis editionem alii, non ipſe, curarent, qui proinde contemptim de ea non tantum ſentiebat ac loquebatur, ſed etiam ſcribebat [1]: adeoque nil mirum, ipſum ſæpius dixiſſe (ut è Wodii vita, à ſeipſo conſcripta [2], elu-

1 Sunday (Feb. XI. 1671.) Sr. Leol. Jenkyns took with him in the Morn. over the Water to Lambeth A. Wood, [then at *London*] and after Prayers he conducted him up to the dining Rome, where Archb. Sheldon receiv'd him, and gave him his bleſſing. There then dined among the Company Joh. Echard, the Author of The Contempt of the Clergy, who ſate at the Lower end of the Table between the Archbiſhops two Chaplayns Sam. Parker and Tho. Thomkins, being the firſt time that the ſaid Echard was introduced into the ſaid Archbiſhop's company. After Dinner the Archbiſhop went into his withdrawing Roome, & Echard with the Chaplaynes and Ralph Snow to their Lodgings to drink and ſmoak. Sr. L. Jenkyns took then A. W. by the hand, and conducted him into the withdrawing Roome to the Archbiſhop; at which time deſiring him to produce the 12 printed ſheets of his book, (which he had carried with him from Oxon. by the advice of Dr. Fell) he thereupon put them into the hands of Sr. Leolin, and Sr. Leolin into the hands of the Archbiſhop, who ſpending ſome time upon them, liked well the character and paper, and gave A. W. great encouragement to proceed in his ſtudies. After the return of A. W. to Exeter houſe, Sr. Leolin, who came after, told him, that he would warrant him an ample Reward, if he would preſent a fair copie bound to the Archb. when the book was finiſh'd &c. but this came to nothing, becauſe Dr. Fell (who printed the book at his owne charg) took ſo much liberty of putting in and out what he pleaſed, that the Author was ſo far from dedicating or preſenting the book to any one, that he would ſcarce owne it. *A. Wood*'s Life (written by himſelf) under his own hand MS.

2 Aug. 11. 1670. Dr. Fell having provided a Bach. of Arts of his College (Ch. Ch.) Rich. Peers, to tranſlate the Hiſt. and Antiq. of the Univ. of *Oxon.* into Latine, he ſent to the Author for ſome of the Engliſh Copie. The Author brought it, and Dr.

Fell

cet) ne teruncii quidem faciendum eſſe Richardum Peerſium (virum certe meo judicio pereruditum ac ſagacem) quo in verſione operis eximii è vernaculo in Latinum ſermonem uſus eſt doctiſſimus Fellus, præſul omni laude digniſſimus. Hæc volui, ne lectores ulli (operis Wodiani auctoritate perſuaſi) os ſibi ſublini credulitate nimia patiantur, tractatumque Worceſtrio & ipſi itidem audacter tribuant. Sed quamvis tanta ſit tractatus antiquitas, quis tamen auctor re vera fuerit ex eodem (quantum memini) hauriri nequit. Vidi ac pervolutavi, mihi oſtendente juvene optimæ ſpei (litterarum ac litteratorum amantiſſimo) Joanne Lovedaio, collegii Magdalenenſis ſuperioris ordinis commen-

---

Fell putting it into Peers's hands, he did then begin to tranſlate. But ſo it was, that he being to ſeek for a verſion that would pleaſe the Doctor, it was a long time before he could hit it, and the Doctor took much paines to inſtruct him, and would correct what he had done ſo much, that the Tranſlator would be forced to write his Copie over twice, before it could go to the Preſs. At length having obtained the knack of a right verſion, to pleaſe the Doctor, he went forward with the work, yet all the proofs that came from the preſs went thro the Doctor's hands, which he would correct, alter, or daſh out or put in what he pleaſe [d] which created a great Trouble to the Compoſer and Author; but there was no help. He was a great man, and carried all things at his pleaſure ſo much, that many look'd upon the Copie as ſpoil'd and vitiated by him. Peers was a ſullen, dogged, clowniſh and perverſe Fellow, and when he ſaw the Author concerned at the altering of his Copie, he would alter it the more, & ſtudie to put things in that might vex him, and yet pleaſe his Deane Dr. Fell, &c. *Wood*'s Life by himſelf. MS.

ſali. Hoc tamen verum eſt, Waynfleto à Worceſtrio in manus fuiſſe traditum, juſſu ſcilicet D. Joannis Faſtolfii, qui dono dedit. Inde ad principium Codicis propria ſua manu ſcripſit Worceſtrius, (in membranæ ſcilicet quodam paullo curtiori ſegmento:)

Suo Domino Colendiſſimo Magiſtro Willelmo Waynfleete, Sedis Eccleſiæ Cathedralis Sancti Swythini Wyntonienſis epiſcopo, quæ olim ante tempus conſecracionis dictæ Eccleſiæ templum Dagon vocabatur tempore paganorum gencium, et præſentatur Domino præſcripto Epiſcopo, de Beneficio Domini Johannis Faſtolf, militis, ob memoriam ſui, quamvis modicum fuerit quantitatis, die. 16 *menſis Decembris, anno Chriſti.* 1473°. *per Willelmum Wyrceſtre.*

Sub qua inſcriptione eodem atramento, neſcio an et eadem manu, ſiglum ponitur, quod idem atque *G. W.* valet. quod ſane non aliud ac *Guilielmus Waynfleete* eſſe conjecerim, niſi quod ſuſpicio ſit, non deeſſe, qui de Guilielmo ipſo potius Worceſtrio intellexerint, qui tamen *W* pro *G* uſurpare alibi ſolebat. Sed ad arbitrium ſuum interpretetur lector. Ceterum tractatus hicce vetus (qui in forma eſt minori, ſive, quod vocant, in 8vo.) inſcribitur *De Sacramentis Dedicationis Sermo.* Forſitan proinde non raro olim legebatur tempore dedicationis locorum ſacro-

rum;

rum; digniſſimus itidem, ut videtur, (quamvis nunc exoleverit) qui & quotannis, diebus Sanctorum, quibus ejuſmodi loca fuerint dicata, legeretur. Utinam et ejuſmodi ſermo haberetur in ipſo S. Grymbaldi die emortuali, eccleſiæ D. Petri in Oriente Oxoniæ fundatore, in quem omnium fere oculi ſeculo Aluirediano fuerant conjecti, cujuſque memoriam perpetua grati animi veneratione proſequi debent Oxonienſes. Id genus ſermones habere ſolebat Divus Bernardus. Quærendum igitur, ſi non ipſe hunc noſtrum conſignârit. Verum hoc illis relinquendum, quibus otium. Nos ad verſionem Tullii, quam diximus, revertamur. Illa autem ubinam nunc adſervetur, neſcio. Temporum forte injuria atque tempeſtas ſuppreſſit. Meminit certe ipſe Worceſtrius in Itinerario mox commemorando. Hinc etiam conjicias, in Ciceronis operibus, licet (ſeculi vitio) ſtilo neque puro, neque nitido, hac in re minime ἀρχαΐζων, uteretur, non parum verſatum fuiſſe Worceſtrium. Fortean & alias etiam eorundem partes aliquot in linguam vernaculam verterit: in quam ſententiam facit ut propendeam Willelmi in ſcriptoribus claſſicis perquirendis ac pervolvendis diligentia.

Itinerarium ſive Liber Memorabilium Willelmi Wirceſtre ſcript. in viagio de Briſtoll uſque ad montem S. Michaëlis in anno 1478. MS. in Biblio-

theca collegii Corporis Chriſti Cantabrigiæ; in qua quidem bibliotheca bina ejuſdem exſtant exemplaria, quorum unum minus nitide ſcriptum eſſe intelligo è Catalogo [1], nupero Bibliothecæ Stanleiano, propria tamen auctoris (ut cl. Tannero videtur) manu. Alterum apographum plane eſt, (cura viri cujuſdam pereruditi, Matthæi forſitan Parkeri, veriti ne quid operi adverſi accideret, deſcriptum,) ſed autographo licet aliquantulum recentius, longe tamen elegantius. Non deſunt qui ſentiant, operæ pretium facturum eſſe, qui Itinerarium hocce totum emiſerit. Quorum tamen ſententiam pullato circulo dignam eſſe exiſtimo. Nam luce indignum eſſe me certiorem fecit amicus pereruditus. Neque male judicavit, quemadmodum colligere eſt è decerptis, non ita pridem (in centone Williſiano) prelo excuſis. quæ decerpta operis partem eſſe meliorem itidem me docuit amicus. Abſit itaque ut laterem lavem. In dicto apographo continetur Guilielmi noſtri libellus [2].

De Notabilibus villæ Briſtolliæ. Imo et in eodem habemus,

Reliquias aliquot ſive Collectiones, ad Antiquitates Angliæ potiſſimum pertinentes, de quibus agere li-

1 Pag. 110. 2 Vide dict. Cat. MSS. bibl. Coll. Corp. Chriſti Cant. p. 86.

bris

bris tribus inſtituerat. Hac de cauſſa varias Angliæ partes peragravit, Eccleſiarum àc Monaſteriorum bibliothecas antiquas luſtravit, archivaque etiam, nec labori parcens neque ſumptibus, excuſſit, minus tamen feliciter quam poſtea fecit Lelandus antiquarius. Harum Antiquitatum meminit uon tantum Baleus atque Pitſeus, ſed & Joannes Joſſelinus Gerarduſque etiam Joannes Voſſius. Interpolationes aliquot in Codice hocce MS. (quem diximus) Cantabrigienſi eſſe liquet. In eo enim hinc inde agitur de rebus, quæ annis M.D.LXIX. & M.D.LXXIII. contigerint. Ea certe non ſcribere potuit auctor. Imo nec auctori σύγχρονος. Quis vero ὑποβολιμαῖος hicce fuerit Worceſtrius, vel quis ſane inſperſerit ſive intexuerit, non æque manifeſtum eſt.

Polyandrium Oxonienſium. E Briani Twyni Apologia meminit Wodius. Twynus nempe præclarum ejuſdem ſpecimen dedit. Forſitan non aliud opus eſt à tractatibus aliquot in eodem volumine Cottoniano. Operæ itaque pretium videtur, Twynum et volumen illud inter ſe invicem conferre. Maxime autèm ejuſdem voluminis ad examen revocentur tractatus octavus, nonus atque decimus. De hominibus eruditis Oxonienſibus ab interitu vindicandis admodum ſollicitus erat Worceſtrius. Itaque de illis quære-

rebat, quotieſcunque alicubi ſpectatum exploratumque ibat.

Variorum auctorum Deflorationes. Hujus libri mentio fit in v. cl. Thomæ Alleni Codicum MSS. Catalogo[1]. Quin et eaſdem partim in Codice MS. Cottoniano antedicto, (qui olim, ut [2] opinor, cum aliis aliquot Codicibus in eadem bibliotheca Cottoniana, ad Thomam Allenum pertinebat) partim in Codice MS. Collegii Armorum Londini, de quo inferius agam, exſtare arbitror. Huc item ſpectat liber ille magnus, è variis Codicibus Monumentiſque conflatus, quem ipſe citat [3] Worceſtrius.

De Aſtrologiæ valore, &c. MS. In quo opere, nondum à me conſpecto, digniſſima eſſe multa quæ insererentur puto è Vettii Valentis Anthologia, auctoris ſane pervetuſti, imo Ptolemæo (ut cenſuit Huetius [4]) antiquioris, quem

---

1 In Muſéo Aſhmoliano. 2 Neque eſſe, ac puto, aliter, è nota hacce conſtat, ad finem Catalogi Alleniani à Briano Twyno (ad quem aliquando ſpectabat Catalogus) conſignata:

Br. Twyne.

Mr. Ric. James, of Corp. Chriſti. coll. comminge afterwards into Mr. Allen's acquaintance, gott away many of theſe Manuſcripts from the good old man, and conveyed them awaye to London to Sr. Rob. Cotton's Studdie.

Alſo the owner himſelfe (Mr. Tho. Allen) dienge at Oxford in Glocefter hall, a°. Domini 1633, gave all his whole ſtuddie of bookes to Sr. Kenelme Digbie of London; who afterwards gave moſt of them to the Univerſitie's Library. 3 Vide infra, pag. 478. 4 Sic Gothofredus Guil. Leibnitius in Epi-

(utpote quo nemo aſtrologorum veterum caſtigatiori fuerit judicio) utinam quiſpiam tandem ad fidem exemplaris, in bibliotheca Seldeniana neque manci neque mutili exſtantis, in lucem emittat. Verum Vettium ad manus Guilielmi Worceſtrii (qui Græce forte neſciit) nunquam perveniſſe ſatis eſt manifeſtum. Ipſum tamen uſum fuiſſe Julio Firmico Materno Siculo exiſtimo, ſcriptore et ipſo etiam perantiquo, imo Manilio, Manlio, ſive Mallio, qui Julium carmine reddidit, vetuſtiore.

Varia Aſtronomica, &c. MS. in bibliotheca Bodleiana, inter Codices Laudianos B. 23. Hæc aliquoties vidi ac pervolvi. Sed de iiſdem judicent alii, ſtudiis nempe in mathematicis verſati.

Acta D. Johannis Faſtolf. lib. I. MS.

De Agri Norfolcienſis familiis antiquis. lib. I. MS.

Collectiones Medicinales. MS. Penes ſe habet vir doctiſſimus Hans Sloanus Baronettus. Is mihi nuper mutuo dedit. Itaque pervolvi ac perlegi. Magna ex parte è Joannis Somerſeti ſchedis deſcripſit Worceſtrius. Notas pauculas hiſtoricas hoc in Codice reperi, & in adverſariis inſerui MSS [1]. has nempe:

Epiſtola quad ad v. cl. Edv. Bernardum, in Codice penes me Smithiano XXXVI. p. 141. 1 Vol. 120. p. 24.

"Iſta

"*Memorand. quod Dominus*
"*Deyncourt morabatur apud*
"*Thurketon, prope villam de*
"*Langhar in comitatu No-*
"*tyngham, tempore Regis Ed-*
"*wardi tercii & Ricardi Re-*
"*gis ſecundi, & ſponſavit*
"*filiam ſuam Rober-*
"*to Tybetot militi.*
"*Memorandum, quod apud*
"*Hameldon, prope Wyndſore*
"*& villam Henly, jacet*
"*filius Badleſnere ſepul-*
"*tus in choro eccleſiæ, cum*
"*armis pictis, et fuit heres*
"*ejus. Obiit ſine exitu.*
"*Apud Petyrſale in comi-*
"*tatu Derbyæ manet Tybe-*
"*tot. vel apud Ebberſtoie.*

"Iſta memoranda habui de quodam Scrope, armigero, manente cum domino Scrope. "Memoranda pro Tybetot.

These are ſtruck out with red Ink by William Worceſter himſelf.

"Memorandum de placito comitis Stafford "contra dominum de Scrope, de manerio de "Hameldeen Upteinys in comitatu Bokyng-"ham, tempore regis Henrici quinti.

"Item dicit dictus armiger, vocatus Scrope, "manens cum domino de Scrope, quod domi-"nus de Typetot venit de uxore comitis de

" Clare, & de ſorore Edwardi Regis primi.
" Ricardus Scrope dixit, quod evidenciæ
" Bertholomæi Badleſmere fuerunt arſæ igne in
" quadam domo.

" Badleſmere. [" *Memorand.*[1] *ad loquendum cum fratre Andrea Barbale, ordinis Minorum ad ſcolas Cantebrigiæ, pro libro cronicorum, qui dixit michi, quod Bertholomæus Badleſmere fuit comes de Audelye, ſecundum relacionem Menſton, antiqū armigerum de Cantuaria.*
" Pro feneſtra " vitrea. " *Virgo decus mundi Faſtolf miſerere Johannem.*]

Ceterum hæ notæ neutiquam ſunt illis pares, quas è *Gilberti Kymeri Dietario de ſanitatis cuſtodia* exſcripſi. quod quidem *Dietarium* in eodem *Collectionum Medicinalium* exſtat Codice. Kymerus iſte Humfredi, Ducis Glouceſtriæ, litterarum bonarum fautoris, fuit Medicus. Quinimo et inter Aulæ Cervinæ in Univerſitate Oxonienſi, cujus fuerat bis Procurator[2], deinde ſæpius Cancellarius[3], ſcriptores celeberrimos deinceps eſt habendus; utpote qui ejuſdem aliquando

1 Hoc poſterius memorand. delevit ipſe Guil. Wyrceſter. Ea nempe, ut videtur, de cauſſa, quia alibi inſeruerat. Id quod etiam de ſuperioribus memorandis eſt dicendum. 2 Hiſt. & Antiq. Univ. Oxon. l. II. p. 403. 3. Ibid. p. 405, 408. Vide item Append. noſtram ad Rob. Aveſburienſem, p. 324.

exſtiterat Principalis [1], quanquam, dum vita frueretur Academica, ipſi præ ceteris apud nos domiciliis maxime placuiſſe videatur collegium Dunelmenſe [2]. In Humfredi, quem diximus, Ducis uſum *Dietarium* hocce contexuit auctor A. D. M. CCCC. XXIV. Nam ſic legendum, non ut in Codice MS. M. CCCC. IV. In lucem editus eſt Humfredus A. D. M. CCC. XC. Sic Annales Guilielmi noſtri. id quod alibi vix reperias. Interfectus eſt A. D. M. CCCC. XLVI. ætatis LVI. ſub quo anno mortem etiam collocat Guilielmus, licet paullo inferius accidiſſe innuat A. D. M. CCCC. XLVII. 23 die Februarii, die ſcilicet Jovis. recte utrobique; ibi pro calculo Eccleſiæ Anglicanæ, hîc pro calculo gentium aliarum. Mortem ſibi conſciviſſe non defuerunt, qui prodiderint; hoſtes videlicet, ſed falſo. Nec hilo tamen rectius illi, qui in Eccleſiæ Sanctorum album referendum eſſe contendant. De Humfredo, inter alios, ſcripſit Dugdalius [3], qui & mortem contigiſſe è monumentis authenticis monſtrat [4] die ultimo Februarii. Sed, ut hæc mittam, ad Codicem Sloanianum redeo. Unum atque alterum capitulum integrum ex illo exſcripſi Codice. ceterorum tantummodo adhibui titulos, ſicut et ipſum etiam titulum tractatus dedi. in adverſariis ſcilicet,

1 Hiſt. & Antiq. Univ. Oxon. I. II. p. 345. 2 Ib. p. 403, 408. 3 In Baronag. Angl. T. III. p. 198. 4 Ibid. p. 200.

quæ

quæ dixi, noſtris, è quibus proinde adverſariis in Appendice [1] excerpta illa omnia è Kymero ſubjiciam. Egone enim, ut te, Lector, celem de eo, quod in re noſtra hiſtorica tanto erit uſui, argumentoque etiam, Humfredum, Glouceſtriæ Ducem (cui puella facie elegantiſſima mirifice ſemper placuit) nævis ſuis, antequam ætate eſſet provectiori, abundaſſe, utcunque alioquin principem lectiſſimum, ſummeque etiam, ob bonarum litterarum patrocinium, (nam ipſi homines ingenii doctrinæque præſidiis inſtructi grati ſemper exſtiterunt) colendum? haud aliter atque ipſe etiam Walliæ Princeps Henricus, Jacobi I^{mi}, Angliæ regis, filius (ne de hoc etiam ſileam) nævis itidem ſuis (ſi fides aliquibus) abundabat (quomodocunque vitiis caruiſſe prodant alii) feminæque laſcivæ atque præter modum libidinoſæ, ipſum ardentiſſimo amore proſequentis, ipſiuſque etiam conſuetudine liberius frui (imo ipſi virginitatis florem dedicare, vel potius inhoneſtam rem cum illo habere) percupientis, pulchritudine atque illecebris (& quidem pulchritudo tanta erat, ut à multis pro Dea tantum non haberetur) accenſus, morbum ſibi conciliabat, quo morte admodum immatura præreptus eſt, juvenis alioquin omni laude digniſſimus. Fateor autem, memet hoc de Henrico Principe

1 Num. IX.

didiciſſe ex auctore, qui aliquoties immanè quantum ineptit, Simondſio nempe Deweſio, cujus tamen verba in lucem proferenda duxi, ut de iiſdem tu ipſe, lector, judicium ferre poſſis. quemadmodum et inde itidem judicare liceat, an Scotis ſit credendum, qui, referente eodem Deweſio, morbum faſcinationi cuidam, Domini Thomæ Overburii, equitis aurati (qui fuit & ipſe juvenis quoque egregius) conſiliis atque artificiis magna ex parte effectæ, tribuendum eſſe aſſeverare non dubitant. Ingenue tamen fateor, memet opinari, narrationi Deweſianæ minime hac in re fidem eſſe adhibendam. Sed quorſum mea ſententia? Valeant itaque verba Deweſiana, quantum valere poſſint. En tibi, igitur, lector, ex vita Deweſii à ſeipſo conſcripta, ſuperiuſque à nobis advocata, ab Edvardo Harleio comite Oxonienſi (cujus nomen non tantum generis nobilitas, ſed et eximiæ virtutes commendant) mutuo data. *Fol*. 27. *a*. Whether the Earle of Eſſex [Robert Devereux] weere any wayes diſabled from copulacion by the ſorceries practiced againſt him, I cannot determine; but this is certaine, that he did freelie confes, that hee could never carnallie know his ſaied wife [the Lady *Frances Howard*, ſecond Daughter to *Thomas Howard*, Earl of *Suff*.] but for that ridiculous act of the ſaied Lady *Frances*, pretending to bee ſearched to proove herſelfe a true virgin, & for modeſty ſake to have her face covered, and by that meanes obtruding to the ſearchers another yong gentlewoman in-

ſtead of herſelfe, is ſoe palpable, as needes noe further diſcuſſion. Another reporte is more ſtrange & worthie of obſervation, which I have heard verie credibly related; that ſoon after the birth of her daughter, [*Anne*, by *Rob. Carr*, Earl of *Somerſet*, to whom ſhe was married after her Divorce from *Eſſex*] ſhee was diſabled, by the ſecret puniſhment of a higher providence, from being capable of further copulacion; and that though ſhee lived neare upon twentie yeares after it, yet her huſband the Earle of Somerſet never knew her carnallie, but the ſaied infirmitie ſtill encreaſed moore and moore upon her, till at laſt ſhee died of it, in very great extremitie. Shee was ſoe delicate in her youth, [for which reaſon Sir *Simonds* had before, *f.* 26. *b.* call'd her a moſt ſweete and delicate Lady, being about thirteene yeares olde, when ſhee was married to the E. of Eſſex, then ſcarce fourteene yeares olde] as notwithſtanding that ineſtimable Prince Henrie's martiall deſires, & iniciation into the waies of godlineſs; ſhee being ſet on by the Earle of Norhampton her father's uncle, firſt caught his eye & heart, & afterwardes proſtituted herſelfe to him, who reaped the firſt fruits of her virginitie. But thoſe ſparkes of grace which even then began to ſhew ther luſtre in him, with thoſe moore heroicke innated qualities derived from vertue, which gave the law to his moore advized actions; ſoon raiſed him out of the ſlumber of that diſtemper, and taught him to reject her fallowing temptacions with indignacion & ſuperciliouſnes. God beſt knowes, whether that haſtened his end; moſt certaine it is, that ſome moneths before his highnes death, Viſcount Rocheſter's [i. e. *Robert Carr*'s] familiaritie and her's tooke it's firſt iniciation by Mris Turner's procurement. The Scotts have a conſtant reporte amongſt them,

them, (as I learned from one of them) that Sr. Thomas Overburie, ſeeing divers croſſings and oppoſicions to happen betweene that peereles Prince & tho ſaied Rocheſter, by whoſe meanes only he expected to riſe; & fearing it would in the end bee a meanes to ruine Rocheſter himſelfe, did firſt give that damnable and fatall advice, of remooving out of the way and worlde, that roiall youth by faſcination, and was himſelf afterwardes in parte an inſtrument for the effecting of it; & therfore (ſay they in Scotland) it happened by the juſt judgment of God afterwardes, as a puniſhment upon him, that hee himſelfe died by poiſon.

Annales rerum Anglicarum ab A. D. M.CCC.XXIV. ad annum uſque Domini M.CCCC.XCI. incluſive. Hos nunc tandem damus. E Codice ſcilicet, quem laudavimus, bibliothecæ Collegii Armorum. Adepti ſumus beneficio amici doctiſſimi Richardi Meadi, medici clariſſimi. qui & ipſe hunc in finem à cl. Anſtiſio mutuo ſumpſerat. Codex ſane craſſus atque ſpiſſus eſt, innumeraque alia continet, de quibus videſis notam noſtram ad calcem horum Annalium. Nos illa duntaxat ſelegimus, quæ in Hiſtoricis, hactenus editis, vix comparent, (reliquis omnibus prorſus omiſſis, quæ è Galfrido Monumethenſi, Venerabili Beda, Ranulfo Higdeno, aliiſque ſatis vulgaribus exſcripſerat.) Et quidem, omnia poſt mortem Edvardi III. ad Henrici uſque VIImi. regnum obſcura eſſe, cre-

crebo conqueruntur noſtrates. Inde, ut cuncta (ſi fieri poſſit) è coævis monumentis illuſtrentur, in votis habent. Idem & nos facimus pro virili. Non alia de cauſſa Annales hoſce emittimus. Quibus & alia paucula ex eodem Codice annectimus, ea nimirum potiſſimum, quæ ad rem noſtram maxime pertinere videntur.

§. XI. Verum enimvero quamvis Guilielmi noſtri Worceſtrii diem natalem ſciamus, fatalem tamen nondum elicuimus. Annum Domini M. CCCC. LXXX. attigiſſe cenſet Wodius. Neque diſſentio. Contra jam anno M. CCCC. XCI. ſuperſtitem fuiſſe è noſtris conſtat Annalibus. Quo forſitan circiter tempore fuerit exſtinctus. Quod ſi eorundem partem poſteriorem ipſius filio tribuendam eſſe contendas, tum plane fruſtra eo ipſo anno M. CCCC. XCI. jam in vivis fuiſſe ex iiſdem probatum ibimus. Quod & idcirco lubentius animadverto, quia & mihimet etiam ipſi videtur, Guilielmo itidem juniori (ſenioris filio, viro ſimiliter et ipſi ingenii promptitudine prædito, & rerum hiſtoricarum amore mirifice incenſo,) partem illam eſſe adſcribendam. Sententiam manus firmat. Nec eſt cur dicas, manu tum filii uſum fuiſſe patrem, oculis præ ſenio cæcutientibus, quum illa profecto ſit inelegantiſſima, ſicut et inelegans, maxima ex parte, fuerit patris itidem manus. Itaque quum mi-

minus eleganter ſcripſerit filius, vix exiſtimarem, ipſum Joanni Alcockio, epiſcopo Elienſi, ſcribam fuiſſe. è cujus tamen aſſeclis poſterioris partis Annalium auctorem fuiſſe, ex ipſis, ni fallor, ſatis liquet Annalibus. Vale, lector, et ſcias, me ad hæc non gloria inductum acceſſiſſe, ſed ne autographa pereant hiſtoricâ, à viris, auctoritate ſua conſpicuis, conſignata, et ut patriæ quoque in ſeceſſu litterario inſerviam.

Scripſi Oxoniæ in Aula Edmundiana Novembris XXV. A. D. M.DCC.XXVIII.

Com-

Compendia, quibus uſi ſumus.

C. Exemplar *Certificatorii* (quod vocatur) *Epiſcopi Ciceſtrenſis Henrico* II. *de feodis ſuis militaribus.* Mecum communicavit antiquarius egregius Petrus Le Neve, armiger, *Norroius* rex Armorum.

D. Simondſius Deweſius.

F. Forte.

L. Lege.

MS. Codex Manuſcriptus Guilielmi Dugdalii in Muséo Aſhmoliano Oxoniæ. Cujus Codicis paginas deſignant numeri, à nobis in margine adpoſiti. At vero in Notis ad operis calcem, *MS.* & *Cod. MS.* Codicem ipſum nigrum Scaccarii ſignat, vel illum plane Codicem, è quo apographum ſuum exſcripſit Simondſius Deweſius. Quod ſi *MS.* referatur ad Guilielmum Worceſtrium, tum de ipſo Codice Worceſtrii in Bibliotheca Collegii Armorum intelligendum eſt.

MSS. Codices Manuſcripti, tres ſcilicet libri nigri quos adhibuimus.

O. Codex Manuſcriptus libri nigri penes Comitem Oxonienſem.

ANGLIÆ COMMITATUS,

pro ſerie LIBRI NIGRI.

BEdefordſcire	198
Berk ſcire	181
Buckingeham ſcire	189
Cantebrig̃ ſcire	248
Cornubia	131
Derebi ſcire	219
Devonſcire	115
Dorſet̃	75
Ebor̃ ſcire	303
Eſſex	228
Gloucſcire	160
Heref̃ in Wallia	150
Hertford ſcire	244
Huntendoñ ſcire	256
Kent	53
Lancaſtr̃	340
Leirceſtre ſcire	208
Lincolñ ſcire	260, 307

Lon-

Londonia 49
Middelſex 51
Norhamte ſcire 209
Nortfolc̄ 280
Northumberland 329
Notingeham ſcire 223
Oxeneford ſcire 177
Salopſcire 142
Staffordſcire 133
Sumerſet̄ 86
Surreia 62, 294
Suſſex 63
Sutfolc̄ 292
Suthamteſcire 69
Warewic̄ ſcire 204
Wilteſcire 103, 263
Wireceſtre ſcire 173

E Vita D. Simondſii Deweſii, à ſe-ipſo conſcripta, in bibliotheca Harleiana, ſub A. D. 1635. fol. 169. b.

——— Ther are onlie three caſes, in which, by the ancient Lawe of England, the Kings of that Realme may require aid of ther ſubjects without the publike conſent of the kingdome. 1. in caſe the Soveraigne bee taken priſoner to redeeme him. 2. for the knighting of his eldeſt ſonne. 3. for the marriage of his eldeſt daughter once onlie. but yet theſe aides are not, like this ſhipp-monie, without bounds or limitts, to bee levied of all men; and in what proportion the King ſhall pleaſe: for they cann onlie bee levied of knights fees, & of ſuch as hold ther lands by that tenure: & the uttermoſt that cann bee required is but fortie ſhillings upon each knights fee. 'Tis true beſides theſe three aides, which could onlie bee exacted of the free-men of this kingdome, ther weere alſoe tallages, which the King might levie upon all his tenants in Ancient demeſne, as other Lordes of mannours might tallagize ther Villaines & cuſtomarie tenants. But the other three Aides remaine onlie at this day; the roiall tallages being for ever aboliſhed by act of Parliament.

EX-

EXEMPLAR VETUSTI CODICIS MS.

(NIGRO VELAMINE COOPERTI) IN SCACCARIO

penes Rememoratorem REGIS conſervati,

CERTIFICATIONES

FEODORUM MILITUM,

quæ per Majores

HUJUS REGNI BARONES, ALIOSQUE

de REGE in Capite tenentur,

DE QUIBUS

AUXILIUM AD MATILDAM,

Regis HENRICI ſecundi filiam,

HENRICO Romanorum Imperatori

MARITANDAM,

Levatum erat, præcipue [1] continens.

---

1 *F.* continentis.

* EXEMPLAR CUJUSDAM *[1]

VETUSTI CODICIS MS. IN SCACCARIO penes Rememoratorem REGIS [1]REMANENTIS, AC NIGRO VELAMINE [2]COOPERTI.

Hcc eſt Teſtamentum Illuſtriſſimi Regis Henrici Secundi Angliæ.

HENRICUS, Dei gratia, Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitantæ, Comes Andegaviæ, Henrico Regi & Ricardo & Galfrido & Johanni filiis ſuis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Archidiaconis, Decanis, Comitibus, Baronibus, Juſticiariis, Vicecomitibus, Miniſtris, & omnibus hominibus, & fidelibus ſuis, tam Clericis quam

1 Remanente, *MS.* 2 Cooperto, *MS.*

 lai-

laicis, tocius terræ ſuæ citre Mare, & ultra Salutem. Notum vobis facio, quod apud Waltham, præſentibus Epiſcopis R. Winton̄. & J. Norwic. & G. Cancellario filio meo, & Magiſtro Waltero Conſtantienſi Archidiacono Oxon̄. & Godefrido de Luci Archidiacono de Derebi, & Ranulfo de Glanvill, & Rogero filio Reimfredi, & Hugone de Morewic, & Radulfo filio Stephani [1] Camar: & Willelmo Rufo, feci diviſam meam de quadam parte pecuniæ meæ in hunc modum: Domui militiæ Templi Jeruſalem. M. M. M. M. M. marc̄. argenti. Domui Hoſpitalis Jeruſalem. M.M.M.M.M. marc̄. argenti. Et ad communem defenſionem terræ Jeroſolimitanæ. M.M.M.M.M. marc̄. argenti, per manum Magiſtrorum Templi, & Hoſpitalis Jeruſalem, & viſum eorundem, habendas, præter pecuniam illam, quam prius prædictis Domibus Templi & Hoſpitalis commiſeram cuſtodiendam, quam ſimiliter dono ad defenſionem ipſius terræ Jeroſolimitanæ, niſi eam in vita mea repetere voluero; & aliis Domibus religioſis [2] totius Jeroſol̄. & leproſis, & incluſis, & Heremitis ejuſdem terræ. M. M. M. M. M. marc̄. argenti, dividendas per manum Patriarchæ Jeruſalem, & viſum Epiſcoporum terræ Jeroſolymitanæ, & Magiſtrorum Templi & Hoſpitalis. Domibus religioſis Angliæ Monachorum, Canonicorum, Sanctimonialium, & leproſis, & incluſis, & Heremitis ipſius terræ. M.M.M.M.M. marc̄. argenti, dividendas per manum & viſum R. Archiepiſcopi Cant̄. & R. Winton̄. & B. Wigorn̄. & G. Elyen̄. & J. Norwic. Epiſcopo-

1 *F.* Camerarii. 2 *F.* terræ Jeroſolimitanæ.

rum,

rum, & Ranulf. de Glanvill Juſtic. Angl̄. Domibus Religioſis Normanniæ Monachorum, Canonicorum, Sanctimonialium, & incluſis, & heremitis ejuſdem terræ. M.M.M. marc. argenti, dividendas per manum & viſum Archiepiſcopi Rothomagenſis, & Bajocenſis & [1] Abrimenſis & Sagienſis & Ebroicenſis Epiſcoporum. Domibus leproſorum ipſius terræ. C. C. C. marc̄. argenti, per manum & viſum prædictorum dividendas. Monialibus Moretoniæ. C. marc̄. argenti. Monialibus de Viliers extra [2] Fâlciſiam. C. marc̄. argenti. Domibus religioſis terræ Comitis Andegaviæ patris mei, exceptis Sanctimonialibus de ordine Fontis Ebrardi. M. marc̄. argenti. per manus Epiſcoporum Cenomanenſis & Andegavenſis dividendas. Ipſis autem Sanctimonialibus Fontis Ebrardi, & Domibus ipſius ordinis. M.M. marc. * argenti dividendas per manum & * 2
viſum Abbatiſſæ Fontis Ebrardi. Sanctimonialibus Sancti Sulpitii Brittan: C. marc̄. argenti. Domui & toti ordini Grandiſ-montis. M. M. M. marc̄. argenti. Domui & toti ordini de Chartusâ. M.M. marc̄. argenti. Domui Ciſterc̄: & omnibus Domibus ipſius ordinis, exceptis Domibus ejuſdem ordinis quæ in terra mea ſunt, quibus diviſam meam feci. M.M. marc. argenti, dividendas per viſum & manum Abbatis Ciſterc̄, & Clarevall. Domui [3] Cluniac̄. M. marc̄. argenti, præter hoc quod eidem Domui accommodavi, quod ei perdono, niſi in vita mea repetere voluero. Domui Majoris [4] Monaſtii per dono. M. marc̄. argenti, quas

1 *F.* Abrincenſis. 2 *Sic.* 3 *Sic.* 4 *Sic. F.* Monaſterii. *Me tamen non fugit, in aliquibus antiquitatis monumentis* monaſtium *pro* monaſterium *legi, haud aliter etiam atque* monaſta *pro* monacha *itidem occurrit.*

ei commodavi; niſi eas in vita mea repetere voluero. Sanctimonialibus de Martilli. C. marc. argenti. Domui de Præmuſtr̄. & toti ordini, exceptis Domibus ejuſdem ordinis, quæ in terra mea ſunt. C. C. marc. argenti. Domui de Arroais, & toti ordini, exceptis Domibus ejuſdem ordinis terræ meæ. C. marc. argenti. Ad maritandas pauperes & liberas feminas Angliæ, quæ carent auxilio, C.C.C. marc̄. auri, dividendas per manum & viſum R. Winton̄. & B. Wigorn̄. & G. Elyen̄. &. J. Norwic̄. Epiſcoporum, & Ranulf. de Glanvil. Ad maritandas pauperes & liberas feminas Normanniæ, quæ carent auxilio, C. marc. auri, dividendas per manum & viſum Rothomagenſis archiepiſcopi, & Bajocenſis & Abricenſis & Sagienſis & Ebroicenſis Epiſcoporum. Ad maritandas liberas feminas de terra Comitis Andegaviæ patris mei. C. marcas auri, per manus & viſum Cenomanenſis & Andegavenſis Epiſcoporum dividendas.

Hanc autem diviſam feci in prædicto loco, anno Incarnacionis Domini. M. C. LXXXII. quam [1] nobis filiis meis, per fidem, quam inde debetis, & ſacramentum, quod inde mihi juraſtis, præcipio, ut firmiter & inviolabiliter teneri faciatis, & quod ſuper eos, qui ipſam [2] fecerunt, manum non apponatis: et quicunque contra hoc venire præſumpſerit, indignationem & iram omnipotentis Dei, & maledictionem ipſius Dei, & meam incurrat.

Vobis, & Archiepiſcopis, & Epiſcopis mando, ut per ſacramentum, quod mihi feciſtis, & fidem, quam

1 *L.* vobis. 2 *F.* fecerint.

Deo

Deo & mihi debetis, in Synodis veſtris ſolempniter, accenſis candelis, excommunicetis, & excommunicare faciatis omnes illos, qui hanc diviſam meam infringere præſumpſerint. Et ſciatis, quod dominus papa hanc diviſam meam ſcripto ſigillo ſuo confirmavit, ſub interminatione Anathematis.

* *Carta Conventionis, factæ inter Henricum Regem* * 3
Angliæ, & Robertum Comitem Flandriæ.

CONVENCIO inter Henricum Regem Angliæ, & Robertum Comitem Flandriæ, facta & ſcripta apud Douram. VI^to^. Idus Martii, præſentibus, ex parte Regis, hiis ſubſcriptis Baronibus, Gerardo Ebor̄. Archiepiſcopo, & Roberto Lincoln̄ Epiſcopo, & Roberto Ceſtr̄ Epiſcopo, & Willelmo [1] Gerardo Cancellario. & R. Comite de Meulent, & Roberto Hamonis filio, & Eudone Dapifero, & Hamone Dapifero, & Willelmo de Albeneio Pincerna : Et ex parte Comitis Roberti, Reinero Capellano ſuo, & Roberto de Betuna, & Adelardo Canon̄. filio, & Baldrico de Colhem, & Fromundo de Inſul̄. Robertus, Comes Flandriæ, fide & ſacramento aſſecuravit Regi Henrico vitam ſuam, & membra, quæ corpori ſuo pertinent, & capcionem corporis, ne rex eam [2] hanc ad damnum ſuum, & quod juvabit eum ad tenendum, & ad defendendum Regnum Angliæ, contra omnes homines, qui vivere & mori poſſint, ſalvâ fidelitate Philippi, Regis Francorum.

1 *Sic,* 2 *L.* habeat.

Ita

Ita quod, ſi Rex Phillippus Regnum Angliæ ſuper Regem Henricum invadere voluerit, Comes Robertus, ſi potuerit, Regem Philippum remanere faciet, & quæret, quocunque modo potuerit, conſilio & precibus, per fidem, abſque malo ingenio, ſine datione pecuniæ, ut remaneat. Et ſi Rex Philippus in Angliam [1] venit, & Robertum prædictum Comitem ſecum adduxerit, Comes Robertus tam parvam fortitudinem hominum ſecum adducet, quam minorem potuerit.

Ita tamen, ne inde feodum ſuum erga Regem Franciæ foris faciat. Et ante neceſſitatem infra XL. dies, poſtquam Comes Robertus, ex parte Regis, legato [2] ut litis ſummonitus fuerit, Comes prædictus mille Equites habebit ad portus ſuos, paratos transfretare in Angliam.

[3] In auxilium Regis Henrici, quam citius [4] potuit, &
Rex inveniet eis Naves, & mittet eas ad Graveninges,
vel ad Hwitland, et tot Naves mittet, [5] quod ſufficiant
tot militibus, ita ut unuſquiſque habuerit ſecum tres
Equos. Ita tamen, quod, ſi Rex has naves ſimul unâ
vice non miſerit, milites remanentes de mille expecta-
* 4 bunt ad Portum ab illâ die, qua naves de Portu * cum
militibus exhibunt, uſque ad totum unum menſem, niſi
infra ipſum menſem tranſierint. Et naves iſtas ſalvas
faciet Comes Robertus de omnibus hominibus ſuis, &
[6] nominatis de Euſtachio Comite, & de omnibus aliis
hominibus, à quibus eas ſalvare potuerit, eundo, mo-

1 *Potius*, venerit. 2 *L.* vel literis. 3 *Sic. Sed nova ſectio, ut exiſtimo, fieri non debet. uti nec plena diſtinctio poni poſt* Angliam. *Vide infra in Charti proxime ſequenti, num.* 9. 4 *Potius*, potuerit. 5 *Pro* quot. *Et quidem* d *pro* t *ſæpiſſime in vett. monumentis.* 6 *F.* nominatim.

ran-

rando, & redeundo. Et poſtquam prædicti milites in Anglia erunt, fiducias facient Regi Henrico, vel legatis ejus, ſi requiſiti [1] fuerint, de hoc, quod, quamdiu in itinere illo in Angliâ erunt, ad proficuum Regis H. erunt, & non quæret quomodo ipſe perdat terram vel hominem.

Sed [2] juvabunt eum per fidem ad tenendum & ad defendendum regnum Angliæ contra omnes homines. Et ſi aliqua alia gens ſuper Regem in Angliâ venerit, ſi Comes R. ex parte Regis (ut prædiximus) ſummonitus fuerit, infra prædictum terminum, & ante neceſſitatem, ipſemet Comes cum mille militibus in [3] Angliâ veniet, ſi non remanſerit propter monſtrabilem ſui corporis infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, vel Philippi, Regis Francorum, expeditionis ſummonicionem, vel propter Imperatoris Romani expeditionem per totam terram ſuam, [4] ſupē Comes R. tunc temporis ibi ſit, [5] quæ prædictæ ſummoniciones propter hoc inventæ, non ſunt ſine malo ingenio.

Et ſi aliquis Comes Angliæ, vel alii homines illius terræ Regi boiſiaverint, ita [6] qui Rex Comitatum vel valens Comitatum amiſerit, Comes R. cum mille militibus in Angliam, in auxilium Regis, veniet, niſi per aliquam harum quatuor eſſoniarum remanſerit. Et ſi Comes propter hoc remanſerit, mille milites in Angliam in auxilium Regis, ut ſupra diximus, mittet.

1 *Sic MS cum puncto ſuper poſteriori parte litteræ* u (*à manu, ni fallor, Dugdaliana*) *ut* fuerint *legatur, quo modo plane in Charta, mox infra ſequenti, ſcribitur.* 2 *Infra*, juvabit. 3 *Potius*, Angliam, 4 *Sic. Lege*, ipſe, *niſi malis*, ſupradictus. 5 *Vide infra ad num.* 9. *&* 15. 6 *L.* quod.

Et ſi, per ſommonicionem Regis, plures quàm mille Equites adduxerit, quot ſuper mille adduxerit, de tot erit quietus in proximo ſequenti ſervicio. Quod ſi ex mille militibus defuerint XX. vel. XL. vel uſque ad. C. propter hoc Comes non amittet convencionem ſuam erga Regem.

Sed poſtquam, ex parte Regis, ſummonitus fuerit, infra. XL. dies perficiet numerum, & homines, qui ad Regem [1] venerunt, quiete & ſalve [2] veniunt per terram & portus Com. Roberti, quicunque ipſi ſint, vel un-
* 5 decunque veniant. Nec naves [3] defendentur eis, ſi eas convenienter conducere voluerint, exceptâ terrâ Comitis Euſtachii; & hominibus terræ Comitis R. qui [4] n̄ ſervitium Regis Angliæ venire voluerint, non denegabit Comes licentiam. Et ſi venerint, propter hoc non amittent terram, nec feodum, nec convencionem aliquam, quam habeant de Comite. Et ſi Comes R. vel homines ſui in auxilium Regis venerint, quamdiu in [5] Angliam fuerint, erunt ad victum Regis, & Rex reddet eis perdita eorum facta in Anglia, ſicut mos eſt reddere familiæ ſuæ. Et quamdiu illa neceſſitas duraverit, [6] erunt cum Rege fideliter: & finitâ neceſſitate, permittet eos redire, & inveniet eis naves. Et comes eas ſalvas cum hominibus & pecuniâ remittet.

Et inimici Regis, qui ſibi guerram per mare vel per terram [7] faciunt, fiduciam non habebunt in Comite; nec receptacula in terrâ ſuâ, quæ Comes R. defende-

1 *F.* venerint. 2 *F.* venient. 3 *Id eſt*, prohibebuntur *vel* denegabuntur. 4 *L.* in. 5 *Pro*, Anglia. 6 Erit, *infra num.* 10. 7 *F.* facient.

re

re poſſit vel auferre. Exceptâ terrâ Comitis Euſtachii. Et ſi aliquis homo Comitis R. Regi Henrico, vel hominibus ſuis, foris-fecerit, & rectitudinem pro Comite R. Regi Henrico, vel hominibus ejus, facere noluerit, in Comite, vel hominibus ejus, fiduciam non [1] habebunt in conſenſu Regis, excepto Comite Euſtachio.

Et ſi Rex Henricus Comitem R. in Normannia, vel in Maniâ, in auxilio ſecum habere voluerit, & [2] in eum ſummonuerit, ipſe Comes cum mille militibus illuc ibit, & Regem Henricum per fidem juvabit ſicut amicum ſuum, & de quo feodum tenet, nec dimittet quin eat, donec Rex Francorum [3] judicari" Comiti R. quod non debeat juvare amicum ſuum Regem Angliæ, cujus feodum tenet, & hoc per pares ſuos, qui eum jure judicare debent.

Et iſtas Summoniciones Comes R. nulla-tenus diffugiet, nec illi, qui hanc ſummonicionem facient, malum vel damnum habebunt per Comitem R. neque per homines, de quibus eos defendere poſſit. Quod ſi Rex Henricus Comitem R. in Normannia ſecum in auxilio habere voluerit, & eum literis, vel legatis ſuis, [4] ſumonuerrint, Comes ad illum cum mille militibus veniet, qui poſtquam in Normannia fuerint, VIII. diebus prioribus erunt ad victum Comitis R. Et ſi Rex eos diutius retinere voluerit, aliis VIII. diebus morabuntur cum * Rege, & Rex in hiis ultimis VIII. diebus * 6
victum eis præbebit, & perdita horum VIII. dierum eis reſtaurabit, ſicut mos eſt reddi familiæ ſuæ.

1 *F.* habebit niſi conſenſu. 2 *F.* inde. 3 *F.* judicarit, *vel, ut in Charta proxime ſeq.* judicari faciat. 4 *F.* ſummonuerit. *Nam ſic plane infra.*

Et ſi illo tempore Rex Philippus ſuper Regem Henricum in Normanniam intraverit, R. Comes ad Philippum Regem ibit cum XX. militibus tantum, & alii prædicti milites remanebunt cum Rege Henrico in ſervitio & fidelitate ſuâ: Ipſe vero Comes R. veniet ad Regem Henricum in Normannia ſicut prædictum eſt, niſi remanſerit propter apparentem ſui corporis infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, aut ſuam expeditionem, vel Regis Francorum vel Imperatoris Romani expeditionem, ſicut ſupraſcriptum eſt. Et ſi propter hoc remanſerit, mille milites, ut prædiximus, in Normanniam ad ſervitium Regis mittet.

Et ſi Rex in Maniâ eum habere ſecum voluerit, ipſe ibit cum quingentis militibus ſemel in anno, & in familiâ Regis erunt per unum integrum menſem in Maniâ, ſi Rex eos tamdiu retinere voluerit, ad victum Regis & ad perdita reddenda, ſicut mos eſt familiæ Regis. Et hoc idem faciet eis Rex, ex quo intrabunt in [1] Norman̄, ad eundem Cenomaniam.

Quod ſi Comes R. per ſummonicionem Regis Henrici, plures quam mille milites in Normaniam, vel plures quam quingentos in Maniam, duxerit, vel miſerit, de tot erit quietus in proximo ſequenti ſervicio. Horum duum ſervitiorum Normaniæ vel Maniæ, quodcunque R. Comes Regi Henrico ſemel in anno fecerit; poſt hoc quietus erit de altero ſervicio in illo eodem anno, niſi gratia amicitiæ fecerit.

Et ſi Comes R. in expeditione fuerit, quando hanc ſummonicionem habuerit, poſt reditum de expeditio-

1 *F.* Normanniam, ad eundum.

ne,

ne, habebit [1] reſpectum [2] ad finitas tres hebdomadas; & eundem reſpectum habebit, ſi ſummonitus fuerit infra proximos VIII. dies poſt reditum de expeditione: Et ſi infirmus fuerit, habebit reſpectum mittendi [3] milites.

Et ſi infirmus fuerit, habebit reſpectum mittendi milites uſque ad finitos XV. dies. Et de iſtis convencionibus atte*nendis dedit Comes R. Regi Henrico * 7
[4] iſtas obſides: Robertum de Bettuna per. C. marc̄ argenti. Baldric̄ de Cohem per. C. marc̄ argenti. Robertum Caſtellanum de Bruges per. C. marc̄ argenti. Froolſum de Bergis per. C. marc̄ argenti. Almaricum Conſtabularium per. C. marc̄ argenti. Adelardum, filium Cononis, per. C. marc̄. [5] Rogum Caſtellanum de Inſula per. C. marc̄. Oſtoven de Terevenna per. C. marc̄. Baldewinum Caſtellanum de Sancto Audomaro per. C. marc̄. Hugonem de Albeneio per. C. marc̄. Gerardum Caſtellanum de Caſſell per. C. marc̄. Tamardum Caſtellanum de Brodborg per. C. marc̄.

Et de iſtis duodecim obſidibus, debent ſex eorum conducere prædictos milites in ſervitium Domini Re-

1 Moram *nempe. Vulgo cum Gallis* reſpit *dicimus. Adeo ut in quibuſdam vett. Codicibus* dilatio *cum* reſpectu *jungatur. Quod plane indicat,* reſpectum *haud aliud quam* dilationem *valere. Proinde haud abſurde illi, qui à voce* reſpirare *deducunt.* Reſpectare *itidem ſeu* reſpectuare *idem eſſe quod* moram dare *vel* tempus prorogare, *è monumentis liquet antiquis. Inde ſane olim prohibebantur judices* judicium pervertere *vel* reſpectare. *Cujuſmodi equidem prohibitio hiſce noſtris temporibus admodum etiam eſt neceſſaria. Idquod optime intellexit Jacobus* I. *Angliæ Rex, ſicut ex ipſius in* Camera Stellata *Oratione, perquam docta, conſtat.* 2 Uſque ad *infra.* 3 Milites uſque ad finitos. XV. dies *abſque repetitione, infra.* 4 *Sic.* 5 *Sic. F.* Rogerum.

gis

gis Henrici, ſi Comes R. defuerit. Et ſi ſex de obſidibus non fuerint ad conducendum, duo ad minus de eis [1] ſunt, & . IIII^or^. de Baronibus Comitis loco IIII^or^. qui defuerint, æque valentes ad ſervitium Regis. Et iſti prædicti XII. obſides tali conditione ſunt obſides. Si Comes Robertus de prædictis conventionibus exierit, & ipſi [2] eam infra III. [3] quarantenas reconciliare non potuerint Regi, quod unuſquiſq; ex prædictis obſidibus dabit Regi C. marcas argenti. Et hoc facient infra tres quarantenas, & ſi non fecerint, in [4] capcione Regis Henrici ſe ponent pro prædictis marcis argenti. Et Rex ab eis non plus exiget, quam quod prædictum eſt.

Et ponent ſe in capcione in turri Londoniæ, vel in aliquo loco, ubi Rex eos libere poſſit retinere ad [5] proficium ſuum, ſicut prædictum eſt. Et ſi aliquis de iſtis obſidibus mortuus fuerit, vel à fidelitate Comitis receſſerit, aut à terra ſua, Comes alium, æque valentem, in loco illius reſtaurabit.

Et ſi, dum obſides prædictam pecuniam Regi miſerint, eis in Anglia ablata ſit ab hominibus, quos [6] Lex conſtringere poſſit, quieti erunt. Et ſi in mare eam perdiderint, habebunt reſpectum per XL. dies ad reſtaurandam pecuniam. Rex vero aſſecuravit Comiti Roberto vitam ſuam, & membra, quæ corpori ſuo pertinent, & captionem corporis ſui, ne Comes eam ha-

1 *F.* ſint *vel* ſunto. 2 *F.* eum. 3 Quarantena, *vel* quarentena, *quadraginta dierum ſpatium eſt. Qua ſignificatione ſæpius uſurpatur apud ſcriptores, qui de re agunt militari, quemadmodum et apud illos etiam, qui de diſciplina monaſtica diſſeruerunt.* 4 Detentione *nimirum*, carcere *ſeu* cuſtodia. 5 *F.* proficuum. 6 *F.* Rex. *Vide infra, num.* 19.

beat

beat ad damnum ſuum, & quod non erit in damno de tota terra ſua, ut eam perdat, excepta terra Comitis Euſtachii, quamdiu Comes R. prædictas conventiones Regi [1] tenuit. Et propter prædictas conventiones, & * 8
prædictum ſervitium, dabit R. Henricus Comiti R. unoquoque anno quingentas libras Anglorum denariorum in feodo . C. libras in feſto nativitatis Sancti Johannis Baptiſtæ . CC. libras in feſto primo Sancti Michaëlis . CC. libris in natali Domini.

Et ſi prædicta pecunia in prædictis terminis tota perſoluta non fuerit, infra annum tota perſolvetur. Annus vero hujus conventionis incipit VIto. Idus Martii. Et de iſtis conventionibus attenendis dedit Rex Henricus Comiti R. ſubſcriptos obſides. Robertum, filium Haimonis, pro . CC. marc̄. argenti. Stephanum, Comitem Britanniæ, per . C. marc̄. argenti. Gilebertum, filium Ricardi, pro. C. marc̄. Rogerum de Nonat'. per. C. marc̄. Hugonem Maimnot per. C. marc̄. Manaſſett Arſic pro . C. marc̄. [2] Haim̄ Dapifer pro. C . marc̄. Willelmum de Corceio pro. C . marc̄. Milonem Criſpinum pro . C. marc̄. Ernulfum de Monte Gomerico pro . C. marc̄. Hugonem de Bello Campo pro . C. marc̄.

Et iſti tali conditione ſunt obſides erga Comitem, quali conditione Comites obſides erga Regem, & obſides utriuſque Regis & [3] Comites, aſſecuraverunt, quod non diffugient ſummonicionem, & quod [4] ſummoniciones ſecuri erunt ab eis, & ab omnibus, quos prohibere poterunt à nocumento ipſorum.

1 *F.* tenuerit. 2 *F.* Haimonem Dapiferum. 3 *F.* Comitis. 4 *F.* ſummonitores, *Sic enim infra.*

Item

Item Carta Convencionis, factæ inter Henricum Regem Angliæ, & Robertum Comitem Flandriæ.

CONVENCIO inter Henricum Regem Angliæ, & Robertum Comitem Flandriæ, facta & ſcripta apud Douram XVI. Kalend. Julii, præſentibus, ex parte Regis, Roberto Lincolnienſi Epiſcopo, & Johanne Baiocenſi Capellano, & Comite Euſtachio, & Roberto de Beliſmo, & Willelmo de Warenna, & Giſleberto de Aquila, &[1] Hamō Dapifero, & Ranulfo Meſchino, & Willelmo filio Ricardi.

Et, ex parte Comitis Roberti, Roberto de Bettuna, & Willelmo Caſtellano de Sancto Audoëno, & Waltero Caſtellano de Burgis, & Froaldo de Bergis, & Rogero Caſtellano de Inſula. Robertus, Comes Flandriæ, fide & ſacramento aſſecuravit Regi H. vitam ſuam, & membra, quæ corpori ſuo pertinent, & capcionem corporis ſui, ne Rex eam habeat ad damnum ſuum, & quod juvabit eum ad tenendum & defendendum Regnum Angliæ, contra omnes homines, qui vivere & mori poſſunt, ſalva fidelitate Lodowici, Regis Francorum.

* 9 * Ita quod, ſi Rex Lodowicus Angliæ Regnum invadere[2] noluerit, Comes Robertus Regem Lodowicum remanere faciet, & quæret, quocumque modo[3] potuit, conſilio & precibus, per fidem, abſque malo ingenio,[4] ſine datione pecuniæ, ut remaneat.

Et ſi Rex Lodowicus in Angliam venerit, & Robertum Comitem ſecum adduxerit, Comes Robertus tam

1 *F.* Hamone *ſive* Haimone, 2 *L.* voluerit. 3 *Potius,* potuerit. 4 *Sic etiam alibi. Rectius tamen* ſive, *ni fallor.*

parvam ſortitudinem hominum ſecum adducet, quam minorem potuerit. Ita tamen, ne inde feodum ſuum erga Regem Francorum foris faciat, & ante neceſſitatem infra . XL. dies, poſt quam Comes Robertus, ex parte Regis, legato vel literis ſummonitus fuerit, Comes prædictus . D. Equites habebit ad portus ſuos, paratos [1] transfretant in Angliam, in auxilium Regis Henrici, quam citius potuerit, & Rex inveniet eis naves, & mittet eas ad [2] Graveringas, vel ad Witſand, & tot naves mittet, quot ſufficere poſſint tot militibus, ita ut unuſquiſque habeat ſecum tres [3] eques.

Ita tamen, quod, ſi Rex has naves ſimul una vice non miſerit, milites remanentes de . D. expectabunt ad Portum ab illa die, qua naves cum militibus de portu exibunt, uſque ad totum unum menſem, niſi infra menſem ipſum tranſierint. Et naves iſtas ſalvas faciet. R. Comes de omnibus hominibus ſuis, & de omnibus aliis, à quibus eas ſalvare potuerit, eundo, morando & redeundo.

Et poſtquam prædicti milites in Anglia erunt, fiducias faciant Regi Henrico, vel legatis ſuis, ſi requiſiti fuerint, quod, quamdiu in itinere illo in Anglia erunt, ad proficuum Regis Henrici erunt, & non quæret, quomodo ipſe perdat terram vel hominem. Sed juvabit eum per fidem ad tenendum & defendendum Regnum Angliæ contra omnes homines.

Et ſiqua alia gens ſuper Regem Angliæ venerit, ſi Comes R. ex parte Regis (ut prædiximus) ſummoni-

1 *F.* transfretare. 2 *Vel* Graveningas. *Sed in hujus generis vocibus mira diſcrepantia in vetuſtis Codicibus.* 3 *F.* equos. *Sic enim in ſuperiori Charta.*

tus fuerit, infra prædictum terminum, & ante neceſſitatem, ipſe Comes cum . D. militibus in Angliam veniet, ſi non remanſerit propter monſtrabilem ſui corporis neceſſitatem, infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, vel Lodowici, Regis Francorum, expeditionis
* 10 ſummonicionem, * vel propter Imperatoris Romani expeditionem per totam terram ſuam, ſi ipſe Comes Robertus tunc temporis ibi ſit, [1] quæ prædictæ ſummoniciones, propter hoc non inventæ, ſint ſine malo ingenio.

Et ſi aliquis Comes Angliæ, vel alii homines ejuſdem terræ [2] boiſiaverint, ita quod Rex [3] Comitatum, vel valens Comitatum, amiſerit, Comes Robertus cum . D. militibus in Angliam, in auxilium Regis, veniet, niſi pro aliquo horum exoniorum . IIII^{or}. remanſerit. Et ſi Comes propter hoc remanſerit . D. milites in Angliam, ut ſupra diximus, mittet. Et ſi, per ſummonicionem Regis, plus quam . D. milites adduxerit, quot ſupra . D. [4] adduxit, de tot erit quietus in proximo ſequenti ſervitio. Quod ſi ex. D. militibus defuerint decem vel . XX. vel uſque ad . L. propter hoc Comes non perdet conventionem ſuam erga Regem ; ſed poſtquam, ex parte Regis, ſummonitus fuerit, infra. [5] XL. perficiet numerum. Et homines, qui ad Regem venerint, quiete & ſalve venient per terram & [6] Portus.

Com. Rob̄, quicunque ipſi ſint, vel undicunque veniant, nec naves defendentur eis, ſi eas convenien-

1 *Vide ſupra, ad num.* 4. *& infra, ad num.* 15. 2 Inſurrexerint, *vel* rebelles evaſerint, *quod & alibi etiam vox hæc denotat.* 3 *Sic.* 4 *F.* adduxerit. 5 *Subintellige,* dies. 6 *Potius* Portus comitis Roberti, quicunque *&c.*

ter

ter conducere velint, [1] & hominibus terræ Comitis Roberti, qui in ſervitium Regis Angliæ venire voluerint, non denegabit Comes licentiam.

Et ſi venerint, propter hoc non amittent terram, nec feodum, nec conventionem aliquam, quam habeant de Comite. Et ſi Comes Robertus, vel ſui homines in auxilium Regis venerint, &c. [2] ſic continenter in Carta. Et quamdiu neceſſitas illa duraverit, [3] erit cum Rege fideliter: & finita neceſſitate, permittet eos redire, & inveniet eis Naves, & Comes eas ſalvas, cum hominibus et pecunia, remittet.

Et inimici Regis, qui ſibi Werram, vel per terram vel per mare, facient, fiduciam non habebunt in Comite, nec receptacula in terra ſua, [4] quem Comes Robertus defendere vel auferre eis [5] poſſet. Et ſi quis hominum Comitis Roberti Regi Henrico, vel hominibus ejus, foris fecerit, & rectitudinem pro Comite Roberto Regi Henrico, vel hominibus ſuis, facere [6] voluerit, in Comite, vel hominibus ejus, fiduciam non habebit niſi conſenſu Regis.

* Et ſi Rex Henricus Comitem R. in Normannia, vel Cenomannia, in auxilio ſecum habere voluerit, & eum inde ſummonuerit, ipſe Comes illuc ibit, & Regem H. per fidem juvabit [7] ſic ſuum amicum, de quo feodum tenet, nec dimittet quin eat, donec Rex Francorum judicari faciat Comiti Ro. quod non debeat juvare amicum ſuum Regem Angliæ, cujus feodum te- * 11

1 *L. è ſuperiori Charta*, excepta terra Comitis Euſtachii, & hominibus *&c.* 2 *F.* ſicut continetur. 3 Erunt *ſupra*, num. 5. 4 *F.* quæ, *vel* quam. 5 *F.* poſſit. 6 *L.* noluerit. 7 *L.* Sicut ſuum.

 net,

net, & hoc per pares ſuos, qui eum jure [1] judicari debent.

Et iſtas ſummoniciones nullatenus diffugiet, nec illi, qui hanc ſummonicionem [2] faciant, malum vel damnum habebunt [3] pro Comite Roberto, neque per homines, de quibus eos defendere poſſit. Quod ſi Rex Henricus Comitem Robertum in Normannia ſecum habere voluerit, & eum literis, vel legatis ſuis, ſummonuerit, Comes ad eum cum . D. militibus veniet: qui poſtquam in [4] Normanniam venerint. VIII. diebus prioribus erunt ad victum Comitis Ro. &c. ſic continetur in Carta.

Et ſi illo tempore Rex Lodowicus ſuper Regem Henricum in Normanniam intraverit, Robertus Comes ad Lodowicum ibit cum . X. militibus tantum, & alii prædicti milites remanebunt cum Rege H. in ſervitio [5] fidelitate ſua.

Ipſe vero Comes Robertus veniet ad Regem Henricum in Normannia ſicut prædictum eſt, niſi remanſerit propter apparentem ſui corporis infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, aut ſuam [6] expediſſionem, vel Regis Francorum vel Imperatoris Romani expeditionem, [7] ſic ſupra ſcriptum eſt.

Et ſi propter hoc remanſerit . D. milites, ut prædiximus in Normanniam ad ſervitium Regis mittet. Et ſi Rex in Cenomannia eum habere ſecum voluerit, ipſe ibit cum . CCL. militibus ſemel in anno, &c: ſicut continetur in Carta. Quod ſi Comes Robertus, per ſummonicionem Regis Henrici, plus quam . D. mili-

1 *F.* judicare. 2 Facient *ſupra.* 3 *F.* per Comitem Robertum. 4 Normannia fuerint *ſupra.* 5 *F.* et fid. 6 *Sic.* 7 *L.* ſicut.

tes

tes in Normanniam, vel plus quam. CCL. in Cenomanniam, duxerit, vel miſerit: quot ſupra. D. in Normanniam, vel ſupra. CCL. in Cenomanniam, duxerit vel miſerit, de tot erit quietus in proximo ſequenti ſervicio.

Horum duum ſervitiorum, Normanniæ vel Cenomanniæ, quodcunque R. Comes Regi Henrico ſemel in *anno fecerit, per hoc quietus erit de altero ſervi- * 12
tio in illo eodem anno, niſi gracia amicitiæ fecerit.

Et ſi Comes Robertus in expeditione fuerit, quando hanc ſummonicionem [1] habuit, poſt reditum de expeditione, habebit reſpectum uſque ad finitas tres hebdomadas, & eundem reſpectum habebit, [2] ſummonitus fuerit infra proximas. VIII. dies poſt reditum de expeditione. Et ſi infirmus fuerit, habebit reſpectum mittendi milites uſque ad finitos. XV. dies.

Porro, ſi Comes ab conventione exierit, & Rex eum inde ſummonuerit, afferentur hujus conventionis ſcripta Boloniam, & ibi videbuntur, ſi Comes Euſtachius tunc vixerit, vel cum Rege bene fuerit.

Quod ſi mortuus fuerit Comes Euſtachius, vel ab amicitia Regis [3] diceſſerit, ad Aucum deferentur ſcripta conventionis præfatæ, cum ſecuritate & pace ex utraque parte. Si vero Robertus Comes Regem ſummonuerit ad Douram, in Angliam præfata ſcripta ferentur, & ibi videbuntur ſimiliter, cum ſecuritate & pace ex utraque parte.

Et ille eorum, qui ſecundum ſcripta oſtendetur alteri forisfeciſſe, infra. XL. dies emendabit, ſine læ-

1 *Potius*, habuerit. 2 *L.* ſi ſum. 3 *Sic.*

ſtione

ſione conventionis & fidei. Si [1] aut infra terminum emendare noluerit, perdet conventionem ſuam ille, qui foris fecerit, & alius liber erit. Porro Comitiſſa affidavit, quod, quantum poterit, Comitem in hac conventione tenebit, & in amicitia Regis, & in prædicto ſervitio fideliter per amorem. Hujus conventionis tenendæ ex parte Comitis obſides ſunt ſubſcripti. Comes Euſtachius, Comes de Ghiſnis, Robertus de Bettuna, Baldewin de Lens. Willelmus Caſtellanus de Sancto Audomaro, Rogerus Caſtellanus de Inſula, [2] Waltero Caſtell̄ de Brugis, Froaldus de Bergis, Richewardus de Furnes, Baldewin filius Roberti de Bettuna.

Hii omnes affidaverunt Regi, quia Comitem fideliter in hac conventione & amore & ſervitio Regis, quantum potuerint, retinebunt. Quod ſi Comes ab hac conventione exierit, &, ſecundum ſcripta conventionis, infra . XL. dies emendare noluerit, ſi inde in-
* 13 terrogati fuerint, culpam Comitis erga Regem libere teſtabuntur, & veritatem inde dicent. Rex vero aſſecuravit Comiti Roberto vitam ſuam, & membra, quæ corpori ſuo pertinent, & captionem corporis ſui, ne Comes eam habeat ad damnum ſuum, & quod non erit ei in damno de tota terra ſua, ut eam [3] perdet, quamdiu Comes Robertus prædictas conventiones, Regi tenuerit, & propter prædictas conventiones, & prædictum ſervitium, dabit Rex Henricus Comiti Roberto &c. ſicut continetur in Carta.

Hujus autem pecuniæ [4] redendæ terminus eſt in natali Domini. Ita tamen ſi Comes eam per legatos

1 *L.* autem. 2 *L.* Walterus Caſtellanus. 3 *Potius,* perdat. 4 *L.* reddendæ.

ſuos

ſuos requiſierit. Quod ſi Rex in prædicto termino totam pecuniam non reddiderit, poſtquàm Comes eum inde ſummonuerit per legatum ſuum, Rex infra. XL. dies perſolvet ei ſine [1] leſſione conventionis & fidei. Hujus autem pecuniæ, ſicut continetur in Carta.

Hujus autem conventionis tenendæ ex parte Regis obſides ſunt ſubſcripti, Euſtachius Comes, Manaſſes de Ghuiſnes, Robertus de Bettuna, Ranulfus Meſchin̄, Giſlebertus de Aquila, Henricus Comes de Auco, Rogerus filius Ricardi, [2] Willelmo Com̄ de Warenna, Simon de Molinis.

Et iſti tali conditione ſunt obſides erga Comitem, conditione quali Comitis obſides ſunt erga Regem. Et obſides utriuſque Regis & Comitis aſſecuraverunt, [3] qui non diffugient ſummonicionem, & [4] qui ſummonitores ſecuri erunt ab eis, & ab omnibus quos prohibere [5] potuerunt à nocumento ipſorum.

Carta Convencionis, factæ inter H. Regem Angliæ, & Comitem [6] *Theodorum & Philippum Comitem Flandriæ.*

HÆC convencio facta eſt & ſcripta apud Douram. XIIII. Kal. Aprilis, inter Henricum Regem Angliæ & ducem Normanniæ & Aquitaniæ, & Comitem Andegaviæ, & Henricum filium & heredem ſuum, & Theodoricum Comitem Flandriæ, & Comi-

1 *L.* læſione. 2 *L.* Willelmus Comes. 3 *L.* quod. 4 *L.* quod. 5 *F.* poterunt. 6 *Nunc* Theodorus, *nunc* Theodoricus *ſcribitur.*

* 14 tem Philippum filium & heredem ſuum. * Theodoricus Comes Flandriæ, [1] Philippus filius & heres ſuus, fide & ſacramento aſſecuraverunt Regi Henrico, & Henrico filio ſuo & heredi, vitam ſuam, & membra, quæ corporibus ſuis pertinent, & captionem corporum ſuorum, ne Rex, vel Henricus filius ſuus, habeat eam ad damnum ſuum, & [2] qui juvabunt eos, ad tenendum & ad defendendum regnum Angliæ contra omnes homines, qui vivere ac mori poſſint, ſalva fidelitate Lodowico, Regi Francorum.

Ita quod, ſi Rex Lodowicus regnum Angliæ ſuper Regem Henricum, vel ſuper Henricum filium ſuum, invadere voluerit, Comes Theodorus & Comes Philippus Regem Lodowicum, ſi potuerint, remanere facient, & quærent, quocunque modo potuerint, conſilio & precibus, per bonam fidem, abſque malo ingenio, ſine datione pecuniæ, ut remaneat, & ſi Rex Lodowicus in Angliam venerit, & [3] Com̄ Theodorus vel Com̄ Philippus ſecum adduxerit, Comes Theodorus vel Comes Philippus, ut eorum cum eo venerit, tam parvam fortitudinem hominum ſecum adducet, quam minorem potuerit, ita tamen, ne inde feodum ſuum erga Regem Francorum foriſfaciat, & ante neceſſitatem infra . XL. dies, [4] per quam Comes Theodorus, vel Comes Philippus, ex parte Regis Henrici, vel ex parte Henrici filii ſui, legato vel literis ſummonitus fuerit, idem Comes mille Equites habebit ad portus ſuos, paratos transfretare in Angliam, in auxilium Regis Henrici, vel Henrici filii ſui, quam citius potuerit, & Rex Henricus,

1 *F.* et Philippus. 2 *F.* quod. 3 *F.* Comitem Theodorum vel Comitem Philippum. 4 *L.* poſt quam.

vel

vel Henricus filius ſuus, inveniet eis naves, & mittet eas vel ad Gravelinges, vel ad Hivitſand, & tot naves mittet, quæ ſufficiant tot militibus, ita ut unuſquiſque [1] habet ſecum tres equos: ita [2] tunc, quod ſi Rex, vel Henricus filius ſuus, has naves ſimul una vice non miſerit, milites remanentes de mille expectabunt ad Portum ab illa die, qua naves cum militibus de Portu exibunt, uſque ad totum unum menſem, * niſi infra ipſum menſem tranſierint, & naves iſtas ſalvas [3] faciet. *15

Comes Theodorus, vel Comes Philippus, de omnibus hominibus ſuis, & de aliis omnibus hominibus, à quibus eas ſalvare poterit, eundo, morando & redeundo; & poſtquàm prædicti milites in Anglia erunt, fiduciam facient Regi Henrico, vel Henrico filio ſuo, vel legatis ſuis, ſi requiſiti fuerint de hoc, quod, quamdiu in itinere illo in Anglia erunt ad [4] proficium Regis Henrici, vel Henrici filii ſui, erunt.

Et non quærent, quomodo Rex, vel Henricus filius ſuus, perdat terram vel hominem, ſed [5] juvabit eos per bonam fidem, ad tenendum & ad defendendum Regnum Angliæ contra omnes homines. Et ſi qua alia gens ſuper Regem, vel ſuper Henricum filium ſuum, in [6] Anglia venerit, ſi Comes Theodorus, vel Comes Philippus, ex parte Regis, vel Henrici filii ſui, ut prædiximus, ſummonitus fuerit, infra prædictum terminum, & ante neceſſitatem, ipſemet Comes Theodorus, vel Comes Philippus, cum mille militibus in Angliam veniet, ſi non remanſerit propter monſtrabilem ſui cor-

1 *Sic. Potius*, habeat. 2 *L.* tamen. 3 *Potius, (ſine diviſione)* faciet Comes Theodorus. 4 *F.* proficuum. 5 *F.* juvabunt. 6 *F.* Angliam.

poris infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, vel Lodowici, Regis Francorum, expeditionis ſummonicionem [1] per totam terram ſuam, ipſe Comes Theodorus, vel Comes Philippus, tunc temporis ibi ſit, & ita, quod nulla prædictarum ſummonicionum [2] inventa ſit per dolum, vel per malum ingenium, ad ejus adventum &.M. militum ſuorum diſturbandum.

Et ſi aliquis Comes Angliæ, vel alii homines illius terræ Regi, vel Henricus filio ſuo, bciſiaverint, ita quod Rex, vel Henricus filius ſuus, Comitatum, vel valens Comitatum, amiſerit,

[3] Comes Theodorus, vel Comes Philippus, cum mille militibus in Angliam, in auxilium Regis, vel Henrici filii ſui, veniet, ſi non pro aliqua prædictarum. IIII^{or}. exoniarum remanſerit.

Et ſi uterque Comes propter hoc remanſerit, ita quod neuter eorum venire [4] poſſet, mittet mille milites in Angliam, in auxilium Regis, vel Henrici filii ſui, ut ſupradiximus. Et ſi, per ſummonicionem Regis, vel Henrici filii ſui, plures quam mille milites adduxerit vel miſerit; de [5] hoc erit quietus in proximo ſequenti ſervitio, quot ſupra mille adduxerit vel miſerit.

Quod ſi ex mille militibus defuerint. XX. vel. XL. vel uſque ad. C. propter hoc Comes Theodorus, vel
* 16 Comes Philippus, non amittet * conventionem ſuam erga Regem, vel Henricum filium ſuum. Sed poſtquam, ex parte Regis, [6] ſumo, vel ex parte filii ſui,

1 *Vide ſupra, ad num.* 10. 2 *Vide ſupra, ad num.* 4. & 15. 3 *Hæc ſectio cum priori plane nectenda eſt.* 4 *F.* poſſit. 5 *F.* tot erit. 6 *Sic, pro* ſummonitus. *quæ tamen vox hîc potius delenda eſt.*

Co-

Comes Theodorus, vel Comes Philippus, ſummonitus fuerit, infra. XL. dies perficiet numerum, & homines, qui ad Regem, vel Henricum, filium ſuum, venerint, vel qui ab illis venient, ſalve & quiete ibunt & venient per totam terram, & omnes Portus de Boloneſio, quicunque ipſi ſint, vel undecunque veniant, nec naves defendentur eis in aliquo Portuum, [1] niſi eas convenienter conducere voluerint, & nec Comes Theodorus, nec Comes Philippus, denegabit hominibus de terra ſua, qui ad ſervitium Regis Angliæ, vel Henrici filii ſui, venire voluerint; & ſi venerint, propter hoc non amittent terram, nec feodum, nec conventionem aliquam, quam habent de Comite Theodoro, vel de Comite Philippo. Et ſi Comes Theodorus, vel Comes Philippus, vel homines ſui in auxilium Regis, vel Henrici, filii ſui, venerint, quamdiu in Anglia erunt, fuerint ad victum Regis, vel Henrici filii ſui.

Et Rex, vel Henricus filius ſuus, reddet eis perdita ſua, facta in Anglia, ſicut mos eſt reddere familiæ Regis Angliæ. Et quamdiu illa neceſſitas duraverit, erunt cum Rege, vel Henrico filio ſuo, & ei fideliter ſervient; & finita neceſſitate, permittet eos Rex, vel Henricus filius ſuus, redire, & inveniet eis naves, & Comes Theodorus, vel Comes Philippus, eas ſalvas, cum hominibus & pecuniis ſuis, remittet, & inimici Regis, vel Henrici filii ſui, qui [2] ſi Werram, vel per terram vel per mare, facient, fiduciam in neutro Comitum habebunt, nec receptacula in terra ſua, nec in terra Boloniæ, nec alibi, quam Comes Theodorus, vel

1 *F.* ſi eas. 2 *L.* ſibi.

Comes Philippus, eis defendere vel auferre poſſit, abſ-
que omni dolo & malo ingenio.

Et ſi aliquis hominum Comitis Theodori, vel Co-
mitis Philippi, Regi, vel Henrico filio ſuo, vel homi-
nibus ſuis, [1] forisfecerint, & rectitudinem pro neutro
Comitum Regi, vel Henrico filio ſuo, vel hominibus
ſuis, facere voluerit: nec in Comite Theodoro, nec
in Comite Philippo, nec in hominibus eorum, fidu-
ciam habebit, niſi conſenſu & voluntate Regis, vel
Henrici filii ſui. Et ſi Rex, vel Henricus filius ſuus,
Comitem Theodorum, vel Comitem Philippum, in
Normannia, vel Cenomannia, in auxilio ſecum habere
voluerit, & eum inde ſummonuerit, ipſe Comes cum
*17 mille militibus illuc ibit, * & Regem, vel Henricum fi-
lium ſuum, per bonam fidem juvabit ſicut amicum &
Dominum, de quo feodum tenet, nec dimittet quin
eat, donec Rex Francorum judicari faciat Comiti
Theodoro, vel Comiti Philippo, quod non debeat ju-
vare Dominum & amicum ſuum Regem Angliæ, vel
Henricum filium ſuum, cujus feodum tenet, & hoc per
Pares ſuos, qui Comitem Flandriæ de jure debent ju-
dicare.

Et iſtas ſummoniciones nec Comes Theodorus, nec
Comes Philippus, ulla tenus diffugiet, nec illi, qui
hanc ſummonicionem facient, malum vel damnum ha-
bebunt per Comitem Theodorum, vel per Comitem
Philippum, nec per aliquem hominem, de quo eos Co-
mites prædicti defendere [2] poſſit. Quod ſi Rex, vel
Henricus filius ſuus, Comitem Theodorum, vel Comi-
tem Philippum, in Normannia ſecum habere volue-

1 *F.* forisfecerit. 2 *F.* poſſint.

rint

rint in auxilio, & eum literis vel legatis ſuis ſummonuerint, Comes ſummonitus ad Regem, vel ad Henricum, filium ſuum, cum mille militibus veniet: qui poſtquam in Normannia [1] fuerit. VIII. diebus erunt ad victum Comitis Theodori, vel Comitis Philippi.

Et ſi Rex, vel Henricus filius ſuus, eos diutius in ſervitio ſuo retinere voluerit, morabuntur cum ipſo in ſervitio ſuo, & quamdiu eos retinere voluerit, [2] liberationes ſuas eis dabit, & perdita eorum, in ſervitio ſuo facta, eis reſtaurabit, ſicut mos eſt facere familiæ ſuæ. Et ſi illo tempore Rex Lodowicus ſuper Regem, vel Henricum filium ſuum, in Normanniam intraverit, Comes Theodorus, vel Comes Philippus, ad Lodowicum, Regem Francorum, ibit cum. XX. militibus tantum, & omnes alii prædicti milites remanebunt cum Rege, vel cum Henrico filio ſuo, in ſervitio & fidelitate ſua.

Ipſe vero Comes Theodorus, vel Comes Philippus, veniet ad Regem, vel ad Henricum filium ſuum, in Normannia, ſicut prædictum [3] eſt, ẽ non remanſerit propter apparentem ſui corporis infirmitatem, vel terræ ſuæ amiſſionem, aut ſuam expeditionem, vel Regis Francorum vel Imperatoris Romani expeditionem, ſicut ſupra ſcriptum eſt. Et ſi propter hoc Comes ſummonitus remanſerit. M. milites ut prædiximus, in Normanniam ad ſervitium Regis, vel Henrici filii ſui, mittet.

Et ſi Rex, vel Henricus filius ſuus, in Cenomannia eum ſecum habere voluerit, ipſe ibit cum. D. militibus

1 *F.* fuerint. 2 *Vide infra.* 3 *F.* eſt, niſi remanſerit.

bus ſemel in anno, & erit in familia Regis, vel Henrici
* 18 filii ſui, per unum * integrum menſem in Cenomannia, ſi Rex, vel Henricus filius ſuus, eos tamdiu retinere voluerit [1] ad liberacionem Regis, vel Henrici filii ſui, & ad perdita reddenda, ſicut mos eſt familiæ Regis.

Et hoc idem faciet eis Rex, vel Henricus filius ſuus, ex quo intrabunt in Normanniam ad eundum Cenomanniam. Quod ſi Comes Theodorus, vel Comes Philippus, per ſummonicionem Regis, vel Henrici filii ſui, plures quam mille milites in Normanniam, vel plures quam quingentos in Cenomanniam, duxerit vel miſerit; quot ſupra mille in Normanniam, vel ſupra quingentos in Cenomanniam, duxerit vel miſerit, de tot erit quietus in proximo ſequenti ſervitio.

Horum duorum ſervitiorum, Normanniæ vel Cenomanniæ, quodcunque Comes Theodorus, vel Comes Philippus, Regi, vel Henrico filio ſuo, ſemel in anno fecerit, [2] poſt H. quietus erit de [3] alto ſervitio in illo eodem anno, niſi gratia amicitiæ fecerit. Et ſi Comes Theodorus, vel Comes Philippus, in expeditione fuerit, quando hanc ſummonicionem habuerit, [4] per reditum de expeditione, habebit reſpectum uſque ad finitas tres hebdomadas, & eundem reſpectum habebit, ſi ſummonitus fuerit infra proximos. VIII. dies [5] per

1 *Ad impenſas nempe regias*; *adeo ut pro* exhibitionibus *vox hic, pariter atque alibi etiam, ſic accipienda. Et quidem quicquid in pecunia, vel cibo, & potu, vel veſtimentis à domino domeſticis, aut* officialibus *quotannis, vel certis ac definitis anni tempeſtatibus* liberatur, *ſeu præbetur, in mediæ antiquitatis ſcriptoribus denotare, jam diu eſt, ex quo docuerint Gloſſographi. Et tamen nunc-dierum pro* veſtibus *tantummodo ſumitur, quas famulis donare ſolent nobiles aliique.* 2 *L.* poſt hoc. 3 *L.* altero. 4 *F.* poſt. 5 *F.* poſt.

redi-

reditum de expeditione. Et ſi infirmus fuerit, habebit reſpectum mittendi milites uſque ad finitas. XV. dies.

Et pro iſta conventione & ſecuritate, & pro ſervicio ſupradicto, dedit Rex Henricus, & Henricus filius ejus poſt eum, Comiti Theodoro, vel Comiti Philippo filio ejus poſt eum, quingentas marcas unoquoque anno in feodo, ſcilicet Comiti quadringentas marcas, & Comitiſſæ Flandriæ. C. marcas. Et ſi Comitiſſa deceſſerit, tota pecunia Comiti perſolvetur, & pro hoc feodo, & propter iſtas conventiones tenendas, & quia Comes Theodorus hominium fecerat Regi Henrico, avo iſtius Regis Henrici, Comes Philippus fecit hominium iſti Regi Henrico, & de omnibus iſtis Conventionibus attenendis dederunt Comes Theodorus & Comes Philippus Henrico Regi, & Henrico filio ſuo, iſtos obſides, Cononem Caſtellanum de Burḡ pro. C. marc. Euſtachium de Griminis Camerarium pro. C. marc. Ernoldum Comitem de Guihnes pro. C. marc. Widanum Caſtellanum de Bergis pro. C. marc. Walterum Caſtellanum de Tenremunt pro. C. marc. Rogerum Caſtellanum de Curtrai pro. C. marc. *argenti, * 19
Raconem de Gavera Pincerna pro. C. marc. Rogerum de Waverino Dapifero pro. C. marc. Baldewinum de Bolliolio pro. C. marc. Robertum advocatum Bettonienſem pro. C. marc. Thericum de Alloſt pro. C. marc. Michaëlem Conſtabularium pro. C. marc. & de iſtis obſidibus. XII. debent. VI. eorum conducere *prædictos milites in ſervitium Regis, vel Henrici filii ſui. * Fol. 6. b.

Si Comes Theodorus, vel Comes Philippus defuerint, propter aliquam prædictarum exoniarum, & ſi

[1] vi de obſidibus non fuerint ad conducendum, duo ad minus de eis illos conducent, &c. IIII^{or}. de Baronibus [2] Com̄ loco illorum. IIII^{or}. qui defuerint, æque valentes ad ſervitium Regis, vel Henrici filii ſui. Et iſti prædicti. XII. obſides tali conditione ſunt obſides. Si Comes Theodorus, vel Comes Philippus, de prædictis conventionibus exierint, vel alter eorum, vel ipſi eum infra tres quarantenas reconciliare Regi, vel Henrico filio ſuo, non potuerint, quod unuſquiſque de prædictis obſidibus dabit Regi, vel Henrico filio ſuo. C. marcas argenti, & hoc facient infra tres quarantenas, vel in captione Regis, vel Henrici filii ſui, ſe ponent pro prædictis marcis, & Rex, vel Henricus filius ſuus, ab eis non plus exiget, quam quod prædictum eſt, & ponent ſe in captione in turri Londoniæ, vel in alio loco, ubi Rex, vel Henricus filius ſuus, eos libere poſſit retinere ad [3] proficium.

Et ſi aliquis de iſtis obſidibus mortuus fuerit, vel à fidelitate Comitis Flandriæ, aut à terra ſua, receſſerit, Comes alium, æque valentem, in loco ejus, ad ſummonitionem Regis, vel Henrici filii ſui, reſtaurabit. Et ſi, dum obſides prædictam pecuniam Regi miſerint, vel Henrico filio ſuo, eis in Anglia ablata ſit ab [4] omnibus, quos Rex, vel Henricus filius ſuus, conſtringere poſſit, quieti erunt; & ſi in mare eam perdiderint, habebunt reſpectum per . XL. dies ad reſtaurandam pecuniam, & ſi Regi, vel Henrico filio ſuo, placuerit, Comitiſſa Flandrenſis aſſecurabit Regi, vel Henrico filio ſuo, fide ſua, [5] per feodo ſuo prædicto,

1 *L.* VI. 2 *L.* Comitis, *niſi* Comitum *malis*. 3 *F.* proficuum. 4 *F.* hominibus. 5 *Sic. L.* pro.

quod,

quod, ad omne poſſe ſuum, conſilio ſuo & precibus ſuis faciet Comitem omnes prædictas Conventiones integre tenere, & ſervitia fideliter facere, per bonam fidem, ſine omni dolo & malo ingenio. Rex vero aſſecuravit Comiti Theodoro, & Comiti Philippo, vitam ſuam, & membra, quæ corporibus eorum perti- * 20
nent, & cap*tionem corporum ſuorum, ne Comites eam habeant ad damnum ſuum, quamdiu Comes Theodorus, vel Comes Philippus prædictas Conventiones Regi, vel Henrico filio ſuo tenuerit; & propter prædictas conventiones, & prædictum ſervitium, dabit Rex, vel Henricus filius ſuus, Comiti Theodoro, vel Comiti Philippo, prædictas quingentas marcas in natali Domini. Et ſi prædicta pecunia in prædicto termino tota perſoluta non fuerit, infra . XL. dies poſtquam ipſe ſummonitionem Comitis per legatum ſuum in Anglia, vel in Normannia, ſuſceperit, [1] Alā perſolvet.

ſcilicet quater . XX[ti.] & . VIII. videlicet . LX. de antiquo feodo. Et . XX. octo iſtorum feodavit Nigellus de Albaneio de Dominio ſuo, & de novo feodo

Willelmus de Veſci duos milites.
Robertus de Stutevill . I. m.
Robertus de Dauvill . I. milit.
Willelmus de [1] Lanc̄. II. mil.
Thomas de Colevill . I. milit.
Albricus Comes . I. feodum.
Robertus de Buſci . I. feodum.
Hamon Beler . I. feodum.
Rogerus de Charleton̄ dim. feodum.
Willelmus Granidorge dim. feodum.
[2] Warnius, filius Simonis, duas partes . I. feodi.

Hii ſunt de novo feodo Rogeri de Molbrai poſt mortem Henrici Regis, videlicet. XI. feoda militum, & tres partes feodi unius militis.

Carta [3] *Stephani filii Hereberti Camerarii.*

KARISSIMO Domino ſuo H. Regi Anglorum, [4] H. Stephanus filius Herebert Camerarii ſalutem.

Sciatis, quod teneo de vobis in capite feodum . I. militis, & inde ſefatus eſt Willelmus de Scuris de feo-

1 *Id eſt,* Lancaſter, *ni fallor. Et tamen* Lance *legend. pro explicatione virgulæ, quam alibi dedimus. Quæ lectio ſi probetur, à* Lance *ſive* Launce *in agro Cornubienſi nomen forſitan duxerit familia. Sed plane arridet prior expoſitio.* 2 *F.* Warinus. 3 *De Hereberto, filio Hereberti, vide ſupra, p.* 114, 182. *uti etiam Dugdalii Baronag. T.* I. *p.* 624. *At vero nihil ibi apud Dugdalium de Stephano hocce.* 4 *Sic. Sed* H. *hocce delend. eſſe exiſtimo.*

do.

Ebor̄ ſcire.

do. I. milit. de veteri feſamento. poſtea feofatus inde fuit de Dominio meo Willelmus de Bervill de ſexta parte militis, ſcilicet de veteri feſamento, de novo vero feſamento, poſt mortem H. Regis, feſatus de Dominico meo Thomas Clericus de Wichtona de. XIII^a. parte militis. remanet autem modo in Dominio meo. I. Carucata terræ, &. VI.[1] maſuræ ſuper prædictum ſervitium milit. quod vobis debeo.

1 *Sive* manſuræ, *quæ ſane eædem fuerint atque* manſiones, domus, ædificia, *quo modo & ipſe interpretatus eſt Du Freſnius in Gloſſario, ubi & lingua ſua vernacula* maſure *vocari* manſuram *indigitavit. Neque proinde abſurde Spelmannus monuit,* maſuram & maſuram terræ *in* Domeſd. *legi pro domicilio cum fundo ; vel pro fundo ad domicilium competenti. qui & optime item* manentem *pro patrefamiliâs manſi vel Colonicæ ruſticæ cultore,* à manendo *ibidem, accipiendum eſſe docuit. Alibi itidem idem Spelmannus* manentes *per vocem* tenentes *explicuit. Pro qua voce* inquilinos *atque* colonos *adhibuit Du Freſnius. Atque de hujuſmodi colonis accipiendus quoque eſt Aſſerius Meneveuſis his in verbis, p. 6. (Ed. Park.)* Pro utilitate namque animæ ſuæ quam a primæuo iuuentutis ſuæ flore in omnibus procurare ſtuduit per omnem hæreditariam terram ; unam ſemper in X. manentibus vnum pauperem aut indigenam aut peregrinum cibo ; potu ⁊ veſtimento ; ſucceſſoribus ſuis vſque ad vltimum diem iudicii poſt ſe paſcere præcepit ; ita tamen ſi illa terra hominibus ⁊ pecoribus habitaretur ; ⁊ deſerta non eſſet. *Id quod viderat etiam ipſe Du Freſnius.* In manentibus, *id eſt,* è manentibus *ſive* colonis. *Et ne librarii culpam putes, non abit Florentibus Wigornienſis, qui locum exſcripſit. Neque ipſe poteſt reprehendi Florentius, cujus eo in loco non variant Codices. Atque eo iſtud noto, quod* maneriis *pro* manentibus *apud Aſſerium præfidenter (ne dicam inepte) malint nonnulli. quos in errorem hoc video impuliſſe, quod è lectione vulgata* nullum plane ſenſum fieri *exiſtiment. quam tamen lectionem (& ſententia plane clara eſt) ſine dubio veram eſſe abunde teſtantur Hiſtorici noſtri recentiores, ne quidem ipſo Jacobo Tyrrello excepto, aliâs manifeſtis in erroribus verſato. Hæc cauſſâ veritatis, & ne quis, veluti in crepuſculo conſtitutus, ultro citroque inter dubitationis Symplegades (quod dicunt) jactetur, adſerre operæ pretium duxi.*

Carta

Ebor̄ ſcire.

Carta Henrici[1] *de Laci.*

H. de Laci debuit in ſervicio Regis de veteri feodo pontisfracti . LX. milites feſatos, de quibus Wido de Lanval habet . XX[ti]. milites, excepto . I. & dimid. Et hoc non remanſit niſi in eo & ſuis.

Iſti ſunt milites, qui tenent de Widone de Lanval, ſcilicet :

Jordanus Foliot . III. mil.

Willelmus de Friſton̄. III. milit.

Simon de Lacell . II. mil.

Ranulfus filius [2] Conſtants & Ricardus de Duneham . II. milit.

Robertus, filius Ricardi, dim. milit.

Helto de [3] Rovec[5] . IIII. milit.

Otho de Tilli . II. mil.

[4] Caham[5] de Clinton . I. milit.

Simon de Scorchboef dim. milit.

Henricus Wall dim. milit.

Iſti ſunt milites . XL. qui remanent in manu Henrici de Laci, ſcilicet :

Jordanus Foliot . II. mil.

Robertus [5] Pictaivenſis . III. milit.

Henricus Wall . III. mil.

* Willelmus de Reinervill . IIII. milit. * 128

1 *Vide Dugd. Bar. T.* I. *p.* 99. 2 *F.* Conſtantis. 3 *Id eſt*, Roveceſter, *niſi* Roveces (*perinde quaſi* Roſs *dicas*) *interpretari lubeat. quam poſteriorem interpretationem minime improbo, quum & mox paullo inferius* Rovec̄ (*ſive* Rovece, *licet & illic etiam* Rovecceſter *poſſit explicari*) *legatur.* 4 *Hoc eſt*, Cahamer, *vel* (*quod æque adlubeſcit*) Cahamus. 5 *Sic.*

Ebor̄ ſcire.

Otho de Tilli . I. milit.
Rogerus, filius [1] Alured. III. milit.
Herebertus de Archis . II. milit.
Simon Scorchboef . I. m.
Rogerus de Tilli . I. mil.
Robertus Venator dim. m.
Rogerus de Scinethorp quartam partem militis.
Willelmus de Slepull quartam partem mil.
Helto de Rovec̄. I. m.
Adam de Wenrevill . I. milit.
Willelmus de Preſton̄. I. mil.
Willelmus de Fereſham . I. m.
Gilebertus de [2] Snithale dim. milit.

Henricus de Dai, & Radulfus frater ejus, & Petrus de [3] Touleſton̄ tenent duo feoda milit. inter eos æque partita.

Radulfus de Inſula duos milites.
Willelmus de Frieſtan̄. II. milites.
Simon de Lacell . I. milit.
Humfridus de Ruala dim. milit.
Robertus de Stapelton̄. II. milit.
Willelmus de Aldelin . I. milit.
Hamelin . I. milit.
Hamelin de Ria . I. m.
Heodo de Leguiliers . I. milit.
Ricardus [4] Gramaticus . I. m.
Jelebertus Paniel . I. m.

Et præter prænominatos milites, habet Henricus de Laci iſtos milites, quos ipſe & anteceſſores ſui feoda-

1 *Vel*, Aluredi. 2 *Sive* Snidale. 3 Towton *vulgo*. 4 *Sic.*

ve-

Ebor̄ ſcire.

verunt, & cum Dominico ſuo ſerviunt; ſcilicet:

Walterus de Sumervill . I. milit.

Willelmus Scottus dim. milit.

Sanſon de [1] Alreton̄ dim. mil̄it.

Paganus, filius Burchard, dim. milit.

Adam de Preſton . I. milit.

Willelmus Vavaſur tertiam partem militis.

Willelmus de Novavill . VIII. milit. exceptis . XX. ſolidis, quos annuatim reddit [2] Henr̄ de Laci.

Robertus, filius Lefwini, quintam partem dimidii militis.

Eborardus, frater ejus, dim. milit.

Elias, filius Aſſulf, quartam partem militis.

Osbertus [3] Archidiaconus dim. milit.

Walterus Bardulf quartam partem militis.

Willelmus, filius [4] Gerolds, tertiam partem militis.

Galfridus de [5] Malqn̄ci quintam partem militis.

Adam, filius Petri . I. milit.

Radulfus, filius [6] Nicol̄ I. mi.

Ricardus de Tanga quartam milit.

filius Petri de Iſla quartam partem militis.

Robertus de Gant . I. mil. & dim.

Iſta ſunt feoda, quæ ceciderunt in manu H. de Laci, ſcilicet quatuor, excepta quarta parte unius feodi. Et manifeſtum eſt, quod templarii [7] tenet feod . I. militis. Et Monachi de Pontefracto feodum . I. militis.

1 *Sive* Allerton. 2 *Id eſt*, Henrico. 3 Archidiaconus *ſcilicet* Eboracenſis. 4 *Id eſt* Gerolder. *Sed legend. potius* Geroldi. 5 *Id eſt*, Malquenci. 6 *Hoc eſt*, Nicole *ſive* Nicolai. 7 *Sic. F.* tenent.

Ebor̄ ſcire.

Carta Willelmi, [1] *de Perci.*

HENRICO Regi ſereniſſimo, Domino ſuo kariſſimo, Willelmus de Perci ſalutem & fidelia ſervitia.

Iſti ſunt milites, qui inde feodati ſunt de meo feodo, tam de veteri quam de novo.

Robertus Dapifer de tribus militibus.

Robertus, filius Picot, de tribus militibus.

Willelmus de Vavaſur de duobus militibus.

Willelmus, filius Hugonis, de . I. milite.

Willelmus de Novavill de . I. milite.

Gilebertus de Archis de . I. milite.

Radulfus de Mundavill de . I. milite.

Galfridus de Valoniis de . I. milite.

Thomas Dairel de . I. milite.

Willelmus Arundel de . I. milite.

* 129 * Hugo Foliot de . I. milite.

Robertus, filius Roberti, de . I. milite.

Robertus de Hallai de . I. milite.

Stephanus Camerarius de . II. militibus.

Ricardus de Weiton̄ de . I. milite.

Willelmus de Argentoem de . I. milite.

Ilgerus, filius Roeri, de . I. milite.

Willelmus de Humez̄ de . I. milite.

Willelmus filius Ricardi & Walterus filius Radulfi de . I. milite.

[2] Durant de Chainton̄, & Ricardus filius [3] Angod, & Galfridus filius Roberti, & Theobaldus filius Pagani, & Gilebertus de Archis, de . I. mil.

1 *Vide Dugd. Baronag. T.* I. *p.* 270. 2 *Sive* Durantus. 3 *Vel,* Angodi.

Ada

Ebor̄ ſcire.

Ada, filius [1] Norman̄ & Henricus filius Ypoliti de. I. milite.

Willelmus filius Roberti & Petrus filius Grente de. I. milite.

Iſti ſunt milites de novo feodati, ſcilicet poſt mortem Regis H. de Dominio meo.

Hugo de Povill de dimidio milite.

Nigellus de Stochelde de dimidio milite.

[2] Ricardus, filius Osberti, de dimidio milite.

Ricardus, filius Osberti, de dimidio milite."

Gilebertus, filius Fulcheri, de dim. milit.

Petrus de Mihauſa de tribus partibus militis.

Hugo, filius Fulcheri, de quarta parte militis.

Robertus Dapifer de dim. milit.

Gilebertus de Archis de dim. milit. & de quarta parte militis.

Nigellus de Plinton̄ de. I. milit.

[3] Baldewin̄, filius Radulfi, de. I. milite, & de quarta parte & de decima parte.

Durant̄ filius [4] Joilin̄ & Teobaldus filius Oviet.

Walterus filius Ricardi, Joilin̄ de [5] Aichatun, Swanus Child, Willelmus [6] Gran̄ Ordei, omnes iſti de uno milite.

Robertus de Hallai de dimidio milite.

Raignerus Flandrigena, & Petrus de Miauſa, & Willelmus de Arundell, & Willelmus Martin, omnes iſti de tertia parte militis.

Hæc eſt ſumma de novo feodatorum, octo milites,

1 *Sive*, Normanni. 2 *Sic plane ſe habent hæ duæ lineæ in MS.*
3 *Id eſt*, Baldewine *ſive* Baldewinus. 4 *Hoc eſt*, Joiline *vel* Joilini.
5 Aketon. 6 *F.* granum. *Lingua vernacula dixeris*, Barley-Corne.

&

Ebor̄ ſcire.

& tertia pars militis, & decima pars militis de Dominio meo.

Carta Amfridi [1] *de Canci.*

NOTUM ſit, quod tenura Amfridi de Chanci talis eſt, quod iſti in tempore Henrici Regis feodati fuerunt, ſcilicet:

Galfridus de Guggetorp de . I. milite.

Thomas, filius Roberti, de . I. milite.

Galfridus de Rillum de . I. milite.

Thomas filius Wilnoth, Petrus filius Grent, Serlo de Jolletorp, Iſti tres tenent feodum . I. militis.

Ille prædictus Amfridus tenent feodum . I. militis in Dominio ſuo, nec magis in tempore Regis habuit nec modo habet, nec de novo feſamento aliquem habet.

Carta Willelmi [2] *de Veſci.*

WILLELMUS de Veſci tenet feoda . XX. militum de Rege de veteri feſamento, quæ pater ſuus tenuit anno & die, qua H. Rex fuit vivus & mortuus, & hii tenent illa feoda, ſcilicet:

1 *Vide Dugd. Bar. T. I. p.* 626. 2 *Videſis Dugd. Baronag. T.* I. *p.* 92. *unde pariter atqui ex aliis permultis locis, facillime colliges, longè falli illos, qui* librum nigrum (*de quo non levis eſt diſceptatio*) *ita inter amicos advocant nominantque, quaſi unus idemque eſſet liber; quibus lubentur ſubſcriberem, ſi non &, præter alia argumenta perquam valida; virorum itidem ſummorum (quibuſcum commercium inſtitui epiſtolare) mihi ſuppeteret auctoritas, quæ aſſenſum profecto ſufflaminat. Itaque jam tandem minime dubitandum, quin* liber niger *à* rubeo *ſit prorſus alius, licet in utroque ſint aliquammulta, inter ſe invicem nequaquam diverſa: Nec à nobis hac parte, ut opinor, abibunt doctiores.*

He-

Ebor̄ ſcire.

Herevicus Coleman tenet. I. militem.

Walkelin de Normanton̄. I. m.

* Robertus, filius Guinmer. I. militem. * 130

Willelmus de Lacell. II. milites.

[1] Roalt' & Rogerus fil̄ Alur̄. I. militem.

Baldre & Rogerus Racin̄. I. militem.

Willelmus Tiſun. II. milites.

Ernaldus de Morewic. I. militem.

Adam Ribalt. I. militem.

Ricardus de Roc̄. I. militem.

Johannes, filius Odard. I. m.

Walterus Bataile, Radulfus filius Mani. I. militem.

Simon filius Ernaldi de Lucre. I. militem.

Odenell de Dunframvill. II. milites.

Robertus Bundin. I. militem.

Vigeſſimum feodum eſt Boddelei & Speleſtan, quod Rex tenet in manu ſua, unde Willelmus prædictus habet Cartam H. Regis, Avi veſtri [2] Reḡ. Præterea, Yvo de Veſci feodavit duos milites, & tertiam partem militis, de ſuo dominio, ſcilicet:

Willelmum, filium Huard, de feodo. I. militis.

Thomam de Warwode de. I. milite.

Joh. Burdun de tertia parte militis.

Euſtacius, filius Johannis, feodavit duos milites, ſcilicet:

Willelmum de Latimer de. I. milite.

[3] Mathin de [4] Levin de dimidio milite.

1 *Id eſt*, Roaltus & Rogerus filii *(niſi* filius *malis)* Aluredi. 2 *Hoc eſt, (pro vulgari interpretatione)* Regis. *At vero hîc loci* Regii *potius valet. Quinimmo et commode abeſſe poteſt.* 3 *F.* Machin. *niſi* Mathæum *conjicias.* 4 Leven.

Ri-

Ebor̄ ſcire.

Ricardum Maltalent de dim. milit.

Willelmus de Veſci feodavit duos milites, ſcilicet:

Willelmum̄ de Turbervill de . I. milite.

Galfridum de [1] Vall de dim. milit.

Radulfum, filium Rogeri, de dimidio milite.

Et Aiulfus tenet ſeptimam partem militis.

Carta [2] Henr̄ " David Lardarii.

VENERABILI Domino ſuo & illuſtri Regi Anglorum H. David Lardarius ſuus ſalutem & fidele ſervitium. Domine, literis iſtis vobis notifico, quot milites Bertram de Bolem̄ de veſtro feodo habuit, ſcilicet:

Aſchetinus, filius Goſpatrici, feodum . I. militis tempore Regis H. avi veſtri, & modo ſimiliter.

Idem prædictus B. tenuit Sutton̄ per f. I. militis tempore avi veſtri, & poſt ea dedit prædictum feodum de Sutton̄ Galfrido de Valoniis per eundem ſervitium. I. m.

Radulfus de Wilton̄ feodum dimidii militis tempore avi veſtri, & modo ſimiliter. Et ego David Lardarius quintam partem militis tempore avi veſtri, & modo ſimiliter. Willelmus Haget ſextam partem militis tempore avi veſtri, & modo ſimiliter. Hugo de Norton decimam partem militis tempore avi veſtri, & modo ſimiliter.

Mathæus de Puntchardun quintam partem militis de novo feſamento, de ſuo autem Dominio nullum debet ſervitium.

[1] *Id eſt*, Valle. [2] *F.* delend.

Ebor̄ ſcire.

Carta Roberti [1] *de Stutevill.*

H. Regi Anglorum, ut Domino ſuo kariſſimo, Robertus de Stutevill ſalutem & fidele ſervitium.

Domine kariſſime, Sciatis, hos eſſe feodos meòrum militum, videlicet de antiquo feodo:

Robertus Murdac tenet feodum . I. militis.

Matildis, filia Hugonis Camin . I. feodum.

Oſmundus de Stutevill duas partes . I. f.

Ricardus Cruere tertiam partem . I. feodi.

Galfridus Foſſard . I. feodum.

Adam de Boltebi . I. feodum.

Petrus de Cordanvill . I. feodum.

Et ego ipſe teneo . II. feoda in manu mea de antiquo feodo. Et de novo feſamento, Rogerus de Cnapetot . XI. bovatas de Dominio meo pro octava parte. I. militis.

Carta Willelmi [2] *Paganelli.*

H. Regi Anglorum, Domino ſuo kariſſimo, Willelmus Paganellus ſalutem & fidelia ſervitia.

Iſti ſunt milites, qui feodati ſunt de * feodo meo, ſ. de veteri feſamento. *131

Robertus de Melill de . III. milit. & dim.

Maſci de Curci de . I. milit. & dim.

Fulco Paganellus de . I. milite.

Robertus de Briddeſdale de . I. milite.

1 *Vide Dugd. Bar. T. I. p.* 455. 2 *Vide Dugd. Bar. T. I. p.* 432.

Ebor̄ ſcire.

Ricardus de Lovetot de . V. militibus.

Jordanus Painel de . I. milite.

Radulfus de [1] Tirniſco & Hugo de Barevill de . I. milite.

De Dominio meo ſervio per dim. milit.

De Dominio meo de Cugrig & de Soka ſervio pro dim. milit.

Sciatis, Domine, quod non habeo aliquem militem de novo feſamento, niſi Jordanum Paganellum de dim. milite, & Willelmum de Wident, & Rogerum filium Petri, & Robertum de Alterina de dimidio milite.

Carta de feodo de [2] Scipton, quod tenet Alexander, filius Gerini.

DE feodo de Sciptoñ, quod tenet Alexander, filius Gerini, fuerunt hii milites feofati in tempore Regis H.

Willelmus de [3] Sandvill t̄ f. IIII. militum. Et quintum feodum [4] ht̄ Gervaſius de [5] Sandvill, unde non poteſt habere ſervitium.

Johannes de Argentoem duo feoda mil.

Radulfus de [6] Chailli duo feoda milit.

Willelmus, filius Clerenbald . I. feodum milit. & dim.

1 Thurnſco. 2 Skipton. 3 *Id eſt*, Sanderville tenet *nec enim hîc loci placet* tenuit) feoda IIII militum. 4 *Hoc eſt*, habet. *nam diſplicet* habuit. 5 *Id eſt*, (*ut mox ſupra*) Sanderville, *niſi utroque loco* Sandeville *malis. Vulgo* Sandal. *Et quidem de* Sandale *ſchedulas ſatis antiquas habemus in Scaccario Weſtmonaſterienſi. Liquet e Thomæ* Poweli *Repertorio Recordorum*, p. 46. 6 *Forſitan quod nunc*, Cayley.

Wil-

Ebor̄ ſcire.

Willelmus [1] Malus Leporarius, Stephanus de [2] Bulēs. I. feodum.

Willelmus Vavaſur dim. feodum.

Hæc duodecim feoda ſunt de antiquo feſamento.

De eodem feodo de Sciptō, quod tenet Alexander, filius Gerini, hii milites poſt obitum Regis H. infra Guerram ſunt de Dominio [3] feodati heredes.

Adæ, filii Swani, tenent feodum . I. milit.

Reinerus Flemengus . I. feodum . [4] I″. milit. & dim.

Hereveius de [5] Reinevill dim. feod. mil.

Osbertus [6] Archidiaconus tenet . XI. Carrucatas terræ, unde . XIIII. Carrucatæ faciunt feodum milit.

Petrus de [7] Martun . XII. Carrucatas, unde . XIIII. faciunt feodum milit.

Walterus, filius Willelmi. X. Carrucatas, unde.XIIII. faciunt feodum milit.

Rogerus Tempeſtas . III. Carrucatas, & II. Bovatas, unde . XIIII. faciunt feodum mil.

Uctredus de [8] Cunegeſtō. VI. Carr. unde . XIIII. faciunt feodum milit.

Simon de Munthalt . III. Carr.

Rogerus de Favintō. IIII. Carr. & dim.

1 *Vulgo*, Malevrer. 2 *Id eſt*, Bulemer, *cujus chartam inferius habes in agro Northumbrienſi.* 3 *Sic MS. Rectius, ut opinor, diſtinguas:* feodati.

Heredes Adæ, filii &c. 4 *F. delend.* 5 Ranſfeld, *ut videtur.* 6 Archidiaconus *nempe* Eboracenſis. 7 *Vel*, Marton. 8 Kingſton. *Inde non levis ſuſpicio, oppidum de* Kingſton upon Hull, *jam regnante Henrico* II *floruiſſe. Sed hac de re non eſt cur ſerram reciprocem, utpote qui compertiſſimum habeam, tunc demum emporium inſigne evaſiſſe Kingſtonam, quum* Headona *ſive* Heddona *(non procul inde diſſita) tempore Edvardi* III. *à ſua dignitate, quam celebravit Lelandus (Itin. vol.* I. *p.* 53.) *decidere cœperit.*

Ebor̄ ſcire.

Waltheus, filius Gamel; III. Carr.

Ricardus, filius Ricardi. III.

Helto filius Willelmi de Arches. III. Carr.

Rogerus Minun. I. Carr.

Edwardus Camerarius. X. bovatas terræ, unde. XIIII. Carrucatæ faciunt mil.

Ricardus de Brocton̄. I. Carrucatam.

Galfridus Mori. I. Carr.

Walterus Axel. I. Carr. terræ; unde. XIIII. Carrucatæ faciunt feodum. I. milit.

Hugo, Nepos Epiſcopi, dim. Carr. terræ, unde. XIIII. faciunt feodum milit.

Ranulfus Paileve dim. milit. unde. XIIII. faciunt feodum milit.

[1] Hii octo feoda milit. ſunt de noviter feodatis de Dominico.

Carta feodorum Everardi [2] de Ros.

DE Baronia, quam Everardus de Ros de Domino Rege tenet, ſcilicet quam Ranulfus de Glanvill [3] hт̄ in cuſtodia ex tempore Regis H. tenet Petrus de Surdewall feodum. I. mil.

Drui de Hairun. I. milit.

Robertus de Barchetorp feodum dim. milit.

Thomas Thuſchet feodum dimidii militis.

Willelmus, filius Bertram, feodum. IIII^tæ partis militis.

Willelmus le Ninge feodum dimidii militis.

1 *F.* hæc. 2 *Vide Dugd. Bar. T.* I. *p.* 545. 3 *Id eſt,* habet, *niſi* habuit *malis. Prius tamen placet.*

He-

Ebor̄ ſcire.

Helias de Torp quartam partem militis.

Matildis filia Hugonis Camin quartam partem militis.

* Robertus de Spouſton̄ tertiam partem militis. * 132

Willelmus de Staineſgrave ſextam partem militis.

Willelmus Brun . XIIam partem militis.

Eudo de [1] Gartſ. XIIam partem militis.

[2] Gwalt' de Garton̄ feodum . I. militis.

Geroldus de [3] Lepinton̄. XXIIIItam partem militis.

Euſtachius Bonifacius feodum . I. milit. feofatus poſt tempus Regis Henrici.

Jordanus le Enveiſe tertiam partem . I. militis.

Antonius de Alburwic feodum dimidii militis.

Hugo, filius Willelmi, quartam partem militis.

Ricardus de Stepiguvelle in Calverſterne quartam partem . I. militis.

Carta R. [4] *de Gant.*

SCIENDUM eſt, hoc eſſe feſamentum R. de Gant. XII. mil. & dim.

Quatuor milites & dim. de feodo Mathæi de Curci. feod . I. mil. tenet Robertus de Rudeſton. Willelmus de Veſci feodum . I. militis.

Robertus de Cambort feodum dimidii militis.

Walterus, filius Asketill, dim. feodum milit.

Robertus de Stainegrave dim. milit.

---

1 *Id eſt*, Garter, *niſi* Gartes *malis. Sed prior lectio placet, ut idem forſitan ſit quod* [illegible]atre. 2 *Id eſt*, Gwalter, *ſive* Gwalterus. 3 *Sive* Leppington. 4 *Videſis Dugd. Bar. T.* I. *p.* 400: *ubi tamen nihil vel e* libro nigro *vel etiam e* libro rubro.

Ala-

Ebor̄ ſcire.

Alanus de Capeton̄ dim. milit.

Avicia mater Willelmi de Curci tenet f. II. militum.

Et de meo Dominio egomet R. de Gant teneo duos milites & dimidium de veteri feſamento.

Et de novo feſamento hos habeo milites de me tenentes.

Willelmus de Colevill feodum . I. milit.

R. de Langeton̄ dim. feodum milit.

Willelmus de Veſci dim. milit.

Willelmus de Bailloill quartam partem militis.

Hugo de Gant quartam partem . I. militis.

Hugo de Grainesbi feodum . I. milit. de me tenet cum prædictis aliis militibus, & [1] h̄ de adquiſicione

Rad̄ Painel.

Carta Ranulfi, filii Walteri.

REVERENTISSIMO Domino ſuo, H. Regi Anglorum, Ranulfus, filius Walteri, ſalutem.

Sciatis, quod [2] Anceſſores mei tenuerunt de H. Rege, avo veſtro, [3] feod̄ eorum, & ego modo, veſtri gracia, de vobis teneo per ſervitium trium militum & . III. partes militis. Et ego facio ſervitium de Dominio meo de duobus militibus, & tribus partibus militis. Et Ernaldus de Mandevill facit ſervitium . I. militis.

1 *F.* hoc de adquiſicione Radulfi Painel. 2 *Sic,* (te *in nihilum abeunte, vel potius lineola, quæ* te *valet, ſupra* an *omiſſa*) *pro* anteceſſores. 3 *Id eſt,* feodum *vel* (*nam utrumvis valet*) feoda.

Co-

Ebor͞ ſcire.

Comes de Albamara tenet in hoc Comitatu feod̄ . X. militum.

Adam [1] de Brus tenet . XV. milites in hoc Comitatu.

Willelmus Truſſebut tenet feod̄ [2] X. militum in hoc Comitatu.

In [3] feod̄ Comitis [4] Conani ſunt . L. milites in hoc Comitatu.

In feod̄ Roberti [5] de Brus . V. milites in hoc Comitatu.

In feod̄ Jocelini de [6] Loveines . V. milites & dim.

In honore de [7] Tikehulle ſunt . LX. milites & tres partes unius militis in hoc Comitatu.

Willelmus de Fulgeriis tenet . I. militem.

---

1 *Vide Dugd. Bar. T. I. p.* 448. *ubi mentio de hoc Adamo, celato tamen ſeodorum hoc in comitatu numero.* 2 *De quibus tacuit Dugdalius in Bar. T. I. p.* 542. *ubi de iiſdem agendum erat.* 3 *Id eſt,* feodo. 4 Comitis *ſcilicet* Richmondiæ. *Vide Dugdalii Bar. T. I. p.* 48. *ubi tamen nihil his de militibus.* 5 *Vide Dugd. Bar. T. I. p.* 449. *ubi tamen ne γρὺ de his militib.* 6 *De familia de Luvein egit Dugdalius in Bar. T. I. p.* 736. *At ibi nihil de hoc noſtro Jocelino de Loveines.* 7 *De oppido (quod vix*

quin-

Ebor̄ ſcire.

* 133 *Henricus, filius Pavie, tenet quartam partem militis de f. de Wardre.

Paganus tenet . I. feodum de eodem.

Ada Dagun tenet quartam partem de eodem.

Willelmus, filius Anketill, tenet. VIam partem de eodem.

Willelmus Silvanus & Gwido de Ver tenent . I. m.

Filia Huberti de Vall . I. m.

Filius Willelmi de Wivill dim. milit.

Radulfus de Bolebec quartam partem militis.

R. Conſtabularius Ceſtriæ tenet [1] Sneith per f. I. militis.

Ricardus de Sprotſton̄ tenet Sprotſtun̄ per . IIII. milites, quam prius tenuit per [2] ferganteriam foreſtæ.

quinque ad Auſtrum milliaribus à Doncaſter *ſive* Dancaſter *abeſt) ac honore de* Tickhill *breviter egit Camdenus in Brit. p.* 563. *quem videſis.* 1 Snath *vulgo.* 2 *L.* ſerganteriam.

Northum-

Northumberland.

Carta [1] *Walteri, filii Willelmi.*

KARISSIMO Domino ſuo H. Regi Anglorum, Walterus, filius Willelmi, ejus Baro de Northumberland ſalutem.

Domine, ſciatis, quod iſti ſunt milites feſati mei de veteri feſamento, ſcilicet Willelmus de Niweham & Bertram de Wodringtoñ, & Gilebertus de Hoggal de novo feſamento de medietate . I. militis de meo Dominio. Et Otui de Inſula de novo feſamento de tertia parte militis & de meo Dominio. Et ſciatis, Domine, quod feodum meum non debet vobis ſervitium niſi de tribus militibus. Valete.

Carta [2] *G. de Boolun.*

VENERABILI Domino ſuo H. Regi Anglorum, G. de Boolū ſalutem & fidele ſervitium.

Mando vobis de feodis, quæ pater meus tenuit de H. Rege Anglorum avo veſtro, & de vobis, & quæ ego modo, veſtrî gracia, teneo, ſcilicet, feſamentum trium militum, & facio ſervitium de meo Dominio . I. militis. Et Willelmus, filius Bernier, facit ſervitium ſecundi militis. Et Robertus de Belleſſo facit ſervitium trium militum. Valete.

1 *Hoc de Waltero nihil apud Dugd. Bar. T.* II. *p.* 105. *ubi de* Fitz-Williams *egit.* 2 *Sive* Gilberti de Bolum. *Vide Mon. Angl. vol.* II. *p.* 917. *et Dugdalii Baronag. T.* I. *p.* 680.

Northumberland.

Carta Walteri [1] *de Bolebec.*

HÆC eſt agnicio de terra Walteri de Bolebec de Northumberland. ſcilicet, de veteri feodo. IIII. milites & dim. quos debet Regi, & Gilebertus de Bolum tenet duos milites & dimidium.

Hugo de Craudene. I. militem.

Willelmus, filius Boius. I. militem.

Hoc eſt de veteri feſamento.

De novo autem feſamento tenet [2] Ot̄ de Inſula. I. militem & dimidium.

Reginaldus, filius Wimundi, dimidium militem.

Johannes Morel tertiam partem militis.

Goſpatricius tertiam partem.

Wibertus de [3] Slaveleia. I. milit.

[4] D. hoc prædicto feodo debet Regi. V. milit.

Carta Rogeri [5] *Bertram.*

KARISSIMO Domino ſuo H. Regi Anglorum, Rogerus Bertram ſalutem.

1 *Vide Dugd. Bar. T.* I. *p.* 452. 2 *Id eſt,* Otui, *ut conſtat è præcedentibus.* 3 Slealey *vulgo.* 4 *L.* de. *Sed & veteres ipſi Romani ſæpius hujuſmodi litteras omittebant, utpote qui putabant, in* D, K, *&c. eaſdem contineri, non quidem ratione poteſtatis, ſed nominis, in quo illæ planè litteræ audiuntur. Itaque mirum non eſt, & ipſos aliquoties* Klendæ, Interklare, Krus, *&c. ſcripſiſſe pro* Kalendæ, Interkalare, Karus, *&c. Quod quum viderint recentiores, errorem eſſe putabant, & vel integre ſcribebant, vel virgulam ſupra lineam ponebant, ut ex illa litteram prætermitti indicarent. Plura addere ſuperſedeo. Hæc vero juvenum gratia, ut vel ipſa ſigna cuncta (quantumvis leviſſima eſſe videantur) in Codicibus MSS. pervolvendis diligenter notent, eorundemque rationem indagine paullo altiori exquirant.* 5 *Vide Dugd. Bar. T. I. p.* 543.

Do-

Northumberland.

Domine, ſciatis quod . VI. milites & dimidium habeo feſatos à tempore H. [1] Rog̃, avi veſtri, per avum meum & patrem meum, & nullum per me, quorum nomina hæc ſunt :

Radulfus de Sancto Petro tenet de me feod . II. militum.

Willelmus de Fraglintoñ unius militis.

Willelmus de Diffleſtoñ . I. milit.

Wihelardus de Trophil . I. milit.

Johannes, filius Simeon . I. mil.

Paganus de Halleſdure dim. milit.

Et ſciatis, Domine, quod feodum meum non debet vobis ſervitium niſi tantum de . V. militibus. Valete.

* *Carta Ernulfi* [2] *de* [3] *Morewic.* * 134

REGI Anglorum Domino ſuo Ernulfus de Morewic, ſuus fidelis, ſalutem.

Sciatis, Domine, [4] tenere de vobis . I. [5] milit.

In Northumberlande, cujus medietatem tenet quidam, nomine David, de me & de veteri feſamento. Scilicet de tempore H. Regis, avi veſtri.

Carta Hugonis de Ellington.

KARISSIMO Domino ſuo H. Regi Anglorum, Hugo de Ellingtoñ ſalutem.

1 *Sic. L.* Regis. 2 *Vide Dugd. Bar. T.* I. *p.* 678. 3 *Sive*, Morrick. 4 *F.* me tenere. 5 *Nova Sectio non debet fieri. Lege,* milit. in Northumberlande.

Northumberland.

Sciatis, Domine, quod ego teneo [1] dim. Baron̄ q fuit Willelmi de Grainvill, quæ fuit partita inter ſorores, quam, anno & die mortis avi veſtri, Regis H. ipſius Willelmi prædeceſſor tenuit. ſcilicet, Nicholaus de Grainvill, pro ſervicio . III. militum in Dominio, excepto quod de illo Dominio feodaverat quartam partem militis, & inde habeo dimidium ſervitium, ſcilicet . VIII. partem militis. Et de illa medietate Baroniæ debeo facere ſervitium militis & dim. Et quando recepi illam terram, non inveni eam feofatam aliquo milite, excepta prædicta octava parte militis. Et excepto, quod ea, quæ fuit uxor Willelmi de Grainvill, tenet . I. partem in dote, unde illa & prædicta pars militis octava faciunt michi ſervitium dimidii militis; ſed ego de eadem terra dedi militibus meis, ſcilicet Radulfo Baard & Roberto de Bulemer, cum duabus filiabus meis, quantum pertinet ad ſervitium dimidii militis. Et egomet facio ſervitium dimidii militis de terra mea retenta. Hæc tota terra mea facit ſervitium militis & dimidii.

Carta Stephani [2] de Bulemer.

ILLUSTRISSIMO Regi Anglorum H. Domino ſuo venerabiliſſimo, Stephanus de Bulemer ſalutem & fidele ſervitium.

Sciatis, Domine, quod habeo hos milites feſatos de veteri feſamento, ſcilicet de tempore H. Regis, avi veſtri, Liulſum, filium Alwoldi, de feodo . I. milit.

1 *F.* dimidium Baroniæ, quæ fuit. 2 *Sive* de Bolemer, Bolemere *vel (ut vulgo)* Bulmer. *Vide Dugd. Bar. T.* I. *p.* 592.

He-

Northumberland.

Heliam, filium Aluredi, de feodo. I. milit.

Robertum de Maneriis & Hugonem de Dichende de feodo . I. milit.

Johannem filium Odardi & Simonem filium Ernulfi de feodo . I. mil.

Robertum Murdac de feodo . I. milit.

Sciatis, Domine, iſtos eſſe de veteri feſamento, ſcilicet de anno & die, quo avus veſter fuit vivus & mortuus.

[1] Et novo feſamto hos habeo feſatos quoniam in Maneriis veſtris maneo, & ſæpiſſime probis hominibus indigeo.

Thomam, filium Rogeri, de feodo dim. milit.

Thomam, filium meum, de feodo . I. milit.

Et de hoc feodo Thomæ, filii mei,

Radulfus, filius Willelmi, tenet de eo dim. feodum militis.

Robertum Poher de quarta parte militis.

Et hæc ſunt nomina militum de veteri & de novo [2] feſamto feſatorum. Valete, Domine.

Carta Willelmi, filii Siward.

H. Regi Anglorum, Domino ſuo Reverentiſſimo, Willelmus, filius Siward, ſalutem.

[3] Præcept̄ vrm̄, per totam Angliam divulgatam, per vicecomitem veſtrum [4] Northumb̄le ad me, ſicut ad alios,

---

1 *F.* et de novo feſamento. 2 *F.* feſamento. 3 *Id eſt*, præceptionem veſtram, *niſi malis*, præceptum veſtrum, *ut et mox* divulgatum *legatur. Sed* præceptio *eodem ſenſu quo &* præceptum *apud veteres exſtat.* 4 *Pro*, Northumberland, *niſi malis* Northumbriæ.

Northumberland.

alios, pervenit, ut ſignificaremus vobis feodum noſtrum, & tenuram, quam de vobis tenemus. Idcirco, præſenti ſcripto vobis notifico, me de vobis tenere quandam
* 135 villam, Goſeford * nominatam, & aliam quandam [1] dim̄. quæ Mileton dicitur, pro feodo & ſervicio . I. militis, quod facio fideliter vobis, ſicut anteceſſores mei fecerunt anteceſſoribus veſtris, & neminem inde feodavi, ſed in meo Dominio teneo.

Carta Radulſi de Wireceſtr̄.

H. Regi Angliæ, Duci Normanniæ, Comiti Andegaviæ, Radulfus de Wirecеſter̄ ſalutem.

Sciatis, quod teneo de vobis in capite de veteri feſamento feodum . I. militis, unde debeo vobis facere ſervitium . I. militis. Et de eodem feodo Jordanus [2] Hairun debet michi facere quartam partem ſervitii de novo feſamento, & Paganus de Wireceſtr̄ aliam quartam partem ſervitii ſimiliter de novo feſamento. Et monachi de Timenutha . VII. partem, & Willelmus filius Adæ tertiam partem, unde [3] diſſeitus ſum præcepto veſtro. Et [4] ſuper plus jacet ſuper Dominium meum.

1 *Id eſt*, dimidiam, (*ſubintellige* villam.) 2 *Sive* Heron *vel etiam* Hearne. *Jordani* Hairun *è Teſta de Nevil meminit Dugdalius in Baronag. T.* I. *p.* 730. *filii forſitan* (*nam Johanne regnante floruit*) *Jordani noſtri. Ibi tamen ne verbum è* libro nigro. *Albani de Hairun cartam videas ſupra, p.* 246. 3 *Sic. F.* diſſeiſitus. 4 *Id quod ſupereſt in rationum deductione, reſiduum, inquit Spelmannus. Inde & Du Freſnius monuit, eſſe reſiduum, quod ſummam aliquam excedit, Gallis* Le ſur-plus. *Eadem etiam notione* ſuperpluſagium, *Anglis* ſurpluſage, *qui &* ſuperplus *per* over-plus *reddunt.*

Carta

Northumberland.

Carta Johannis, filii Wdardi.

H. Regi Anglorum, Domino ſuo, Johannes, filius [1] Woard, ſalutem.

Sciatis, quod de feodis trium militum, quæ de vobis teneo, feodavi de novo feodamento militem & dimidium, ſcilicet Willelmum, [2] filii Adæ, dim. milit. & Albertum feod. dim. milit. Ernulfum & Aelard feod. dim. m.

Et ego facio ſervitium militis & dimidii de meo Dominio.

Carta Willelmi, filii Alurici.

REVERENTISSIMO Domino ſuo H. Regi Anglorum, Willelmus, filius Alurici, de [3] Doveleſton̄, ſalutem.

---

1 *Sic.* 2 *F.* filium. 3 *Idem (ſic enim exiſtimo) quod in aliis antiquis libris* Diveiſton *(vulgo* Dilſton*) dicetur. Camdenus innuit, in Beda vocari* Devilesburnam. *perperam. Nam* Deniſesburnam *apud Bedam, l.* III. *c.* I. *Et quidem Codices ipſi non tam adjutum, quam oppugnatum ire hac in re cauſſam Camdeni videntur. Lectiones enim variantes nullas ibi adhibuit Editor nuperus doctiſſimus. Imo neque Camdeno quid ſubſidii è verſione Ælfrediana, in qua* Deniꞅeꞅ buꞃna, *abſque itidem Codicum diſcrepantia. Fateor, alios notare,* Deniꞅe buꞃna *&* Deniꞅceꞅ buꞃna *in quibuſdam legi MSS. quod ſane eodem redit, & Camdenum falli manifeſte probat. At vero nec eſt, cur cenſeas,* Deuilesburnam *pro* Deniſesburnam *in Camdenum typographorum oſcitantia irrepſiſſe. quippe qui videam, locum non corrigi in ipſo, quem poſſideo, exemplari Camdeniano, ab ipſo auctore manu ſua propria hinc inde emendato ac ſuppleto. Itaque veriſimile fit, Camdenum non re vera* Devilesburnam *in ullis Bedæ Codicibus reperiſſe, ſed ita legendum eſſe conjeciſſe, ſicque proinde repoſuiſſe. Niſi forſitan potius arbitreris, virum quendam alium litteratum eo modo ſcribendum eſſe Camdenum monuiſſe. Sed hæc relinquamus in medio.*

Scia-

Northumberland.

Sciatis, Domine mi, quod ego tenui feodum meum de H. Rege, Avo veſtro. & veſtrî gracia modo de vobis teneo, ſcilicet tertiam partem . I. militis. Valete.

Carta [1] *Gileberti de Lanval.*

VENERABILI Domino ſuo H. Regi Anglorum, Gilebertus de Lanvall ſalutem.

Sciatis, Domine mi, quod anteceſſores mei, tempore Regis H. avi veſtri, tenuerunt feodum duorum militum. Et ego modo, veſtrî gracia, illud teneo.

De eodem feodo quidam miles de me tenet quartam partem . I. militis.

Carta Rogeri, filii Ricardi.

EGO Rogerus, filius Ricardi, teneo in capite de Rege Wurkwrtham per ſervitium unius militis.

Carta Ricardi [2] *Bertram.*

H. Regi Anglorum, Domino ſuo Kariſſimo, Ricardus Bertram ſalutem.

Sciatis, quod ego habeo feodum trium militum de antiquo feſamento quod ego ipſe teneo, & milites non tenent de me. Valete.

1 *De duplici Guilielmo de Lanvallei egit Dugdalius in Baronag. T.* I. *p.* 633. *Sed nihil ibi de Gileberto.* 2 *Vide Dugd. Bar. T.* I. *p.* 544.

Carta

Northumberland.

Carta Godefridi Baiard.

H Regi Anglorum, Godefridus Baard. Sciatis quod teneo de vobis tertiam partem feodi . I. militis, unde homo veſter & Henrici, filii veſtri, deveni, & illa tertia pars inter duas ſorores partita eſt, & Rolandus Baard cum una de ſororibus alteram partem habet, & inter duas non [1] habet niſi tertia pars feodi . I. militis.

Carta Radulfi [2] de Gaugi.

DOMINO Regi Angliæ, Duci Normanniæ & Aquitanniæ, Comiti Andegaviæ, Radulfus de Gaugi ſalutem.

1 *F.* habetur. 2 *Vide Dugdalii Baronag. T.* I *p.* 678. *ubi, ut & alibi,* librum rubeum *advocat. At apud Dugdalium illo in loco ſpiſſum eſſe errorem ex hoc noſtro opere ſatis erit, ni fallor, apertum. Dugdalius ſcilicet docuit, Radulfum de Gaugi in uxorem duxiſſe ſororem prænatam, id eſt, primogenitam ſive ſeniorem, hac in Charta commemoratam, quum exipſa tamen Charta liqueat, ſororis primogenitæ vel natu maximæ filium ipſum, non maritum, re vera fuiſſe, eoque nomine ad ipſum jure deveniſſe eam partem feodi, quæ ad ſororem (matrem nimirum ſuam) antenatam ſive primogenitam ſpectabat. Sed ecce verba Dugdalii :*

In 12 H. 2. Raphe de Gangi, upon the [a] Aſſeſſment of the Aid for marrying the King's Daughter, certified [b], that his Anceſtors held three Knights fees, which deſcended to two Siſters and Coheirs, whereof he married the elder; and thereupon had [c] at that time one Knights Fee and an half in Demeſn: the other Siſter being the Wife [d] of Hugh de Ellinton.

a, b: Lib. rub. in Scacc. tit. Nor. thumb.
c, d: ibid.

Pro whereof he married the elder *legendum potius,* whereof he was the ſon of the elder. *Nempe decepit Dugdalium ſcriptura* libri rubei, *quam integram eſſe putavit: ſed falſo, ut mihi videtur. quemadmo-*

Northumberland.

Sciatis, quod tempore Regis, avi veſtri, anteceſſores * mei tenuerunt feodum ſuum per ſervitium trium
*136 militum. Et de hoc feodo feodaverunt quendam militem, nomine Galonem, de veteri feodamento de quarta parte militis. Dein contigit, quod feodum hoc diviſum fuit inter duas ſorores, unde ego, filius [1] pnatæ ſororis, habeo [2] annatam, ſcilicet feodum militis & dimidii, in Dominio, unde facio totum ſervitium de Dominio meo, præter octavam partem militis veteris feſamenti; & ſciatis, quod de meo feodo feodavi nullum de novo feſamento, ſed [3] poſt nata ſoror, ſcilicet uxor Hugonis de Ellinton, feodavit Radulfum Baard de VI[ta]. parte militis, & [4] Gilebert[5] de Hettoñ de. XII. parte militis.

Carta Roberti Caro.

H. Regi Anglorum, Domino ſuo, Robertus Caro ſalutem.

Ego Robertus Caro teneo. V. Carrucatas terræ pro uno feodo militis. Et de hoc feodo tenet Willelmus, frater meus, tertiam partem illius feodi, faciendo inde michi ſervitium, à tempore H. Regis. Valete.

---

dum et mancam etiam eſſe opinor libri *noſtri* nigri *ſcripturam. Hunc in modum* (*ut mea fert ſententia*) *uterque caſtigandus vel ſupplendus:* unde ego, filius prænatæ ſororis, habeo [illud quod pertinebat ad] antenatam, ſcilicet. 1 *Id eſt,* prænatæ. 2 *Hoc eſt,* antenatam. 3 *Id eſt,* ſecundogenita *ſive* junior *vel* natu minima. 4 *Id eſt,* Gilebertus. *Sed lege* Gilebertum.

Carta

Northumberland.

Carta Rogeri [1] Merlai.

HII ſunt qui tenent de Rogero de Merlai de veteri feſamento.

Willelmus de Clifton feodum . I. militis.

Reiner feod . II. militum.

De novo feſamento :

Rogerus de Merlai quartam partem . I. militis.

Robertus, filius Petri, tertiam partem . I. militis.

Super plus quatuor milites, quos Domino Regi debet, jacet ſuper Dominium ſuum.

1 *Sive,* Merley. *Vide Dugd. Bar. T.* I. *p.* 570.

Lancaſtr̄.

Gilebertus, filius [1] Rembr, d̄. I. milit. de terra ſua de Weſtmerland & Kendale.

Idem tenet. I. carucatam terræ in Leſnes cum piſcaria, & . IIII. Carrucatas terræ in Karlintōn & Beſcn̄, &. IIII. Carrucatas terræ in Preſtun̄, & . II. Carrucatas terræ in Bertune, & . I. Carrucatam terræ in Hennecaſtr̄, & . I. Carrucatam terræ in Preſton̄, & . III. Carrucatas terræ in Lutton̄, & . I. piſcariam pertinentem ad eaſdem terras, per ſervitium. I. militis.

Theobald [2] Walter tenet [3] Aumodneſſe per ſervitium. I. militis.

Feoda, quæ [4] debet ad Cuſtodiam Caſtri Dovre.

1 *F.* Remberti, debet. I. militem. 2 *Vide Dugd. Bar. T.* I. *p* 633. 3 *Vulgo,* Amunderneſſe *vel* Amounderneſs. 4 *Id eſt,* debent. Debentur *tamen fortean malis.*

* *Hæc*

* *Hæc eſt conſtitutio Domus Regis de procurationibus.* *137

CANCELLARIUS [1]. V. ſolidos in die, & . I. Simenellum Dominicum, & . II. [2] ſalū, & I. [3] ſextarium de vino claro, & . I. ſext. de vino expenſabili, & unum Groſſum Cereum, & . XL. fruſta [4] Candell.

Magiſter Scriptorii.

Primo decem denarios in die, & . I. Simenellum [5] ſal, & [6] dim. ſext. de vino expenſabili, & unam Groſſam Candelam, & . XII. fruſta [7] Candel, ſed Rex H. crevit [8] Rob. de Sigill in tantum, quod die Mortis Regis habebat . II. ſolidos, & . I. ſextarium vini expenſabilis, & . I. Simenellum ſal, & unum cereolum, & . XXIIII. fruſta Candel.

1 *Subintellige*, habebit. 2 *Id eſt*, ſalum. *At vero* ſimenellus ſalu (*vel, ut inferius*, ſal & ſall) *quid ſit non clare liquet.* Simenello *tamen* Dominico *longe fuiſſe deteriorem ſatis, ut videtur, eſt manifeſtum.* Salu *apud Anglo Saxones idem fuit atque* cibus *ſive* victus. *Inde conjecerim*, ſimenellum ſalū *è ſimenellis fuiſſe quotidianis, in quibus nimirum conficiendis ſale utebantur, quum e contra* ſimenelli dominici *puri plane eſſent, (optimaque farinæ parte conſtarent) neque hilum proinde in ſe ſalis continuerint. Vide infra, in nota de* Nebulario. 3 A Pint and an half, *ſive* pintam ac dimidiam, *menſuræ vulgaris ſi ratio habeatur. Ita tamen, ut* ſextarius *ſive* ſextarium *quibuſdam in locis duas etiam* pintas *ſive* quartam, *Anglice* a quart, *continuerit. Adeo ut hîc etiam loci, pariter atque infra, per* quartam *itidem potius explicuerim. utpote qui cenſeam, in* domo Regia *nullam tunc temporis exſtitiſſe fraudem, ſed menſuras ac pondera ad amuſſim reſpondiſſe legibus de iiſdem latis.* 4 *L.* candelarum. 5 *Idem quod* ſalis *valet hoc compendium.* 6 *Hoc eſt*, dimidium ſextarium. 7 *L.* Candelæ. L *enim ſimplex ſingularem, duplex pluralem numerum denotat.* 8 *Id eſt*, Roberto de Sigillo. *Vide Monaſt. Angl. Vol.* I. *p.* 684.

Ca-

Capellani, Cuſtos Capellæ & Reliquiarum.

Corridium duorum hominum, & quatuor ſervientes Capellæ unuſquiſque duplicem cibum, et duo [1] ſummarii Capellæ unuſquiſque . I. đ in die, & . I. đ ad [2] ferrandum in menſe, ad ſervitium Capellæ duos Cereos die Mercurii, & duos die Sabbati. Et unaquaque nocte unum cereum coram reliquiis, & [3]. XXXtam fruſta Candelarum, & unum Galonem de vino claro ad Miſſam. Et unum ſextarium de vino expenſabili die abſolucionis ad lavandum altare. Et die Paſchæ ad communionem unum ſextarium de vino claro, & unum de vino expenſabili.

Clericus expenſæ panis & vini duos ſolidos in die, & . I. Simenellum [4] Sall. & . I. ſextarium vini expenſabilis, & . I. Cereolum, & . XXIIII. fruſta Candel̄.

De Diſpenſatoribus panis.

Magiſter diſpenſator panis aſſiduus ſi extra domum Regis comederit . II. ſolidos & . Xd. in die, & . I. Simenellum ſal̄ & . I. ſextarium de vino expenſabili, & . I. Cereolum, & . XXIIII. fruſta Candel̄ ſi autem intra . II. ſolidos, & dimidium ſextarium de vino expenſabili, & plenarie Candelam.

De Dapiferis.

[5] Dapifer ſicut Cancellarius ſi extra domum comederint, ſi intra . III. ſolidos & . VI. denarios, & . II. Simenel-

1 Sumpter-horſes. 2 *Sive* ad ferreis ſoleis eorundem (ſummariorum *ſcilicet*) ſoleas muniendum, *lingua vernacula* to ſhoe them. 3 *L.* XXXta. 4 *Id eſt,* ſallum *vel* ſalum. 5 *F.* dapiferi.

nel-

nellos ſal̄ & . I. ſextarium de vino expenſabili, & plenarie Candelam.

De Diſpenſatoribus per vicem ſervientibus.

Si extra domum . XIX. denarios in die, & . I. Simenellum ſal̄ & . I. ſextarium de vino expenſabili, & . I. Groſſam Candelam . & . XX. fruſta Candel̄ Si intra . X. denarios, & dimidium ſextarium de vino expenſabili, & Candelam plenarie.

De Mapariis[1].

Maparius Cibum conſuetudinarium homini ſuo . III. ob in die, & . I. den. ad Summarium, & . I. den. in menſe ad ferrandum.

[2] Hoſtiarius expenſæ tantundem, excepto Summario. [3] omputator panis conſuetudinarium cibum.

De quatuor piſtoribus, ſimul ſua vice ſervientibus.

Duo qui in domo ſerviunt, in domo comedent, & duo [4] peuntes . XL. denarios habebunt ad procurandum modium [5] Rothomag̅, de quo debent reddere. XL. Simenellos Dominicos, & . C. & . XL. ſal̄ &.CC. & . LXX. panes de piſtrino. Dominicus Simenellus. IIII. hominibus, ſal̄ duobus, panis . I. homini.

[1] *Quibus, ex officio, incubuit mappas, Canabum, manutergia, & ſimilia providere. Naparios itidem appellabant. Sed* mappa *et* nappa *tantundem valebant.* [2] *Sive,* Oſtiarius. [3] *F.* computator. [4] *Sic. F.* præeuntes. [5] *Id eſt,* Rothomagi *vel* Rothomagenſem.

[1] Nebularius Conſuetudinarium cibum &c. III. ob homini ſuo in die.

1 *Ejuſmodi panum piſtor, quos* nebulas *appellabant veteres. Quales quidem panes &* oblatas *quoque vocitabant. Tales nimirum offerre ſolebant, hoſtia nondum conſecrata. In ferro calido, modica figura, & in forma nummi conficiebant Chriſtiani antiquiores. Idque etiam ex grano puriſſimo. Forſitan & nonnunquam effigiem vel Salvatoris vel Virginis Mariæ imprimebant. haud aliter atque fecerunt in ſimenellis* ſalum *appellatis, qui & inde forte nomen ſunt ſortiti quod* Salutationis *angelicæ figuram præ ſe ferrent, nummique illius aurei,* ſalus & ſalut *(eo quod in eodem efficta eſſet Annuntiationis Deiparæ figura) olim dicti, formam gererent. Quin & poſtea monachi multis uſi ſunt cerimoniis & precationibus, dum in* ferramento characterato *fierent iſtiuſmodi nebulæ vel oblatæ. Secus plane atque factum de* ſimenellis ſalum, *uſui ſacro non deſtinatis. Ceterum iſtæ oblatæ ſive nebulæ abſque fermento erant, azymæque proinde non raro vocatæ, ſicut et azymi ſimiliter erant* ſimenelli dominici *(quantumvis in ſacrificiis ad altare minime in uſu) a* ſimenelliſ ſalum *ea de cauſſa prorſus diverſi, qui utique quum ſalſi eſſent, rectiſſime eo nomine apud pleroſque veniebant, adeo ut in ſuperioribus pro* ſimenellum ſalū, *ſive* ſal *vel* ſall, *melius fortean legamus* ſimenellum ſalinum. *Et tamen lectionem Codicis MS. non temere mutaverim. Atque hanc noſtram de* nebulario *ſententiam à recto non abhorrere inde colligo, quod hoc in capitulo de piſtoribus agatur. Quod ſi quis aliter ſentiat, tum de illo intelligi poteſt, qui veſtes tenues ac ſubtiles, ſindonaſque niveas, curabat,* nebulas *& ipſas dictas quod ſub illis corpus tranſpareret; quæ tamen nebulæ ad feminas potius quam ad viros pertinebant. quo proinde ſenſu ſi accipias, & de nebulis feminarum, ad Henricum II. ſpectantium, itidem neceſſe eſt ut intelligas, cujus concubina, venuſtate ſua, leporibus ac ingenio ſpectabilis, Roſamunda id genus veſtimentis utebatur, ut principem eo facilius ad libidinem incenderet, et ad prælia Venerea excitaret. idque ad morem meretricum Romanarum, quæ palam proſtabant nudæ in nebulis lineis, teſte Petronio. cujus* nebulæ lineæ *non aliæ à veſtibus quas* διαφανῆ χιτώνια *vocat Suidas,* τὰ ἰσχυὰ *nempe* δι' ὧν διαφαίνε) τὰ σώματα τῶν γυναικῶν. *Tales meretrices crebro olim in curiis regiis pariter atque in domibus nobilium ipſis ſubditorum. Quæ vox quum putida eſſet, ut* meretricis *vice* lotrix *vulgo* a laundres) *uſurparetur voluerunt mandaruntque principes. Quæ ſane & ipſa etiam demum vilis eſſe cœpit, ideoque jure optimo ut à collegiis abigerentur lotrices curarunt religioſi. Quamobrem & Willelmus de Wickham ſapientiſſime decrevit,* Quod in Collegio *ſuo* Novo *Oxoniæ* omnia mini-

niſteria dicti collegii fiant per maſculos *quoad ejus fieri poſſit. Sic enim ille in Statutorum Rubrica* 59. *Sequor autem exemplar, quod mihi dono dedit v. amiciſſimus Jacobus Weſtus, qui indies ſtreex ſe aliquid promis quod noſtra ſtudia delectet.* Item ſtatuimus, ordinamus & volumus, pro futuris temporibus firmiter obſervandum, quod omnia miniſteria, dicto Collegio noſtro & perſonis ejuſdem competentia, præſertim infra ſepta manſi ejuſdem Collegii, fiant per maſculos; & non per mulieres, ut quælibet ſiniſtra ſuſpitio evitetur, niſi ſit mapparum, & veſtimentorum aliorum neceſſariorum uſualium lotrix, quæ per manus alicujus famuli jurati Collegii ad hoc deputandi ſingula recipiat ſic lavanda in defectu lotricis maſculi, quam talis ætatis taliſque conditionis eſſe volumus, in quam ſiniſtra ſuſpitio merito cadere non debeat, vel haberi. Quem, aut quam, extra in villa manentem in fine cujuſlibet termini percipere volumus pro ſalario, prout dicti Burſarii, vel ſaltem diſpenſator, ſeu mancipium cum eodem vel eadem melius poterit concordare. Ordinamus præterea, quod inter alios dicti Collegii ſervientes ſit ſemper unus ſufficiens & idoneus ad deferendum libros ſociorum & ſcolarium ad ſcolas, quem horis & temporibus, quibus ipſum circa officium ſuum hujuſmodi oportuerit occupari, nolumus mitti ad extra, ſeu per alia negotia aliqualiter impediri. Permittimus etiam, quod Doctor quilibet dicti noſtri Collegii, cujuſcunq; fuerit facultatis, ſuum proprium ſervientem infra Collegium prædictum habere valeat commorantem, & in aula communi ad menſam famulorum comedentem ſuis tamen ſumptibus & expenſis. *Neque minus ſapienter in Statutis Collegii Orielenſis Oxoniæ. Nam ſic ibi, ad fidem Codicis eximii, ab amico egregio Richardo Graveſto Mickletonienſi, antiquario proculdubio doctiſſimo, mihimet donati.* Pro honeſtate inſuper dictæ domus [beatæ Mariæ Oxoñ] et perſonarum ejuſdem, nec non pro ſcandalo in futurum evitando, ordinatum eſt, quod nulla mulier lotrix ſeu alia domum prædictam ad aliquod officium ibidem ingrediatur, ſed quod omnia officia infra ſepta domus ejuſdem facienda de cetero per mares fiant. *A quo collegio & penitus amovendus eſt quicunque* de dicta ſocietate ſcholarium, homicidium, adulterium, furtum, rapinam, perjurium, ſacrilegium, vel ſimoniam aut aliud grave delictum committere, ſeu gravem lapſum carnis vel aliam notam turpitudinis incurrere contigerit, per quam grave ſcandalum in dicta domo fuerit ſuſcitatum, &c. *Hæc de ſimenellis, atque nebulis, de quibus tamen nulla mentio in rotula rariſſima penes amiciſſimum & pereruditum Comitem Oxonienſem, Edvardum*

[1] Bordarius tantundem, &, præter hoc . I. ſumarium cum ſua [2] libacione.

* 138 * Portator [3] Scutellæ [4] Elem̄ de domo comedet.

De Diſpenſatoribus Lardarii.

Magiſter diſpenſator aſſiduus Lardarii ſicut Magiſter diſpenſator [5] pon̄ & vini. & eodem modo.

Similiter Diſpenſatores Lardarii, per vicem ſervientes, ſicut & diſpenſatores panis & vini, qui per vicem ſerviunt.

[6] Lardenarii, qui per vicem ſerviunt, conſuetudinarium cibum, & homini ſuo . III. ob in die.

Harleium, quam mihimet mutuo dedit ipſe Comes nobiliſſimus. Equidem fateor, rotulam Henrici II *ævo non eſſe æqualem. attamen Richardi* II *principis profecto ornatiſſimi (durum hoc fortaſſe apud aliquos dixiſſe videatur) coquinæ ſtatum ad amuſſim exhibit, quæ longe modeſtius ſe geſſit quam coquinæ haud paucæ recentiores (id quod inimico animo neutiquam ſcribo) nec regiæ nec re vera nobiles.* 1 Bordarios *illos fuiſſe docuit clariſſimus vir Henricus Spelmannus, qui domeſtica navantes ſervitia, neceſſaria importabant, exportabant, molebant, triturabant, ligna & fomitem parabant, aquam hauriebant, areas mundabant, & hujuſmodi. De iiſdem & alia adjecit. Adiſis itidem Du Freſnium.* Bord *quum, præter alias ſignificationes,* menſam *denotet, quis dubitet, quin miniſter, hic commemoratus, neceſſaria ad menſam regiam paraverit? è quibus et ipſas fuiſſe placentas, artocreas, aliaſque minoris notæ res, quibus maxime feminæ puerique delectantur, conjecerim.* 2 *L.* liberacione. 3 Scutella *(ſicut bene obſervatum Du Freſnio) patena in modum cavitatis ſcuti, unde nomen. Inde et flexu Gallico* Ecuelle. 4 *Id eſt,* eleemoſynariæ. 5 *L.* panis. 6 *Qui ſcilicet præfecti eſſent peni ſive lardarii, loci, ut notiſſimum eſt, ubi lardum ſervatur & retinetur, atque adeo carnes ceteræ. Cave autem ne confundas cum diſpenſatoribus lardarii, qui ſane non alii erant atque ſeneſchalli, vel quos lingua vernacula* Stewards *vulgo dicimus. quam cautionem ideo neceſſariam eſſe puto, quia lardenarii aliter ſcriban-*

Hoſtiarius Lardarii ſimiliter.

Carnifices conſuetudinarium cibum tantum.

De Coquis.

Cocus Dominicæ Coquinæ in Domo comedet [1]. III. ob homini ſuo.

Hoſtiarius Coquinæ ejuſdem conſuetudinarium, &. III. ob homini ſuo.

[2] Vaſarius in domo comedet, &. III. ob homini ſuo, & [3] ſumar̄ cum [4] labatione ſua.

[5] Sumelarius Coquinæ ejuſdem ſimiliter.

Serviens Coquinæ conſuetudinarium cibum tantum.

---

bantur lardarii & larderarii. *Ceterum diſpenſatores (antiquitus* Spen-ſers *apellatos, unde & ipſi familiæ nobili & inſigni plane nomen) pecunioſos ut plurimum, (& qui pecuniæ numeratæ in præſentia vim magnam ſæpiſſime habuerunt, ſicut & pecunioſiſſimi maxima ex parte etiam erant lardenarii)* σιτοδόμους *nominabant Græci, ævi præcipue Conſtantinopolitani. vocemque* diſpenſatoris *tum demum adhibebant Latini, quum tales miniſtri in domo Auguſta occidentali in uſu eſſe inceperint, quales & in orientali uſurpatos fuiſſe è monumentis planum eſt authenticis.* 1 *F.* & III. ob̄. *Nam ſic mox infra.* 2 *Is qui vaſariis ſive vaſibus præfuit.* 3 *F.* ſumarium *ſive* ſummarium. 4 *L.* liberatione. 5 *Diminutivum* ſumarii *ſive* ſummarii, *ut & hæc vox itidem equum quendam ſagmarium (licet non ita magnum) oneribus ferundis aptum, indigitet. Et tamen miniſtrum ipſum potius hic loci ſignare cenſuerim, quum & nonnunquam ſummularios pariter atque ſummarios in monumentis antiquis non alios eſſe monuerit Du Freſnius ab illis (quicunque demum ſint) qui ſupellectilis Regiæ curam habent; adeo ut in iiſdem occurrant varii* ſummularii, *nempe* ſummularii mapparum, ſcancionariæ, cameræ, denariorum ſcriptorum, fructuariorum, capellæ &c. & *in libro noſtro nigro* coquinæ. Sommeliers *vulgò Gallis. Si* ſumelarium Coquinæ Scullion *interpretatus quis fuerit, non agam tam acerbe, ut ipſum eo nomine reprehendam.*

[1] Socus privatorum Regis & diſpenſator ſimiliter.

Radulfus de Marchia, qui Cocus mortuus eſt ante mortem Regis, in domo comedet, & . III. ob homini ſuo.

De magnâ Coquinâ.

[2] Oms [3] Polchehart conſuetudinarium cibum, & tres ob̄ homini ſuo.

Servientes ejuſdem Coquinæ conſuetudinarium cibum [4] ten̄.

Duo Coqui [5] utque conſuetudinarium cibum, & tres ob̄ homini ſuo.

[6] Hoſts [7] haſtelariæ conſuetudinarium cibum, homini ſuo tres ob̄.

[8] Haſtalarius.

1 *F.* Cocus. 2 *Id eſt*, omnis *vel* omnes. *Sed prius malim.* 3 *Aliis* Poletarius. *Is vero pullos curabat pulliſque etiam præfuit. Du Freſnii itaque lectionem minus probarim, qui* polentarium *pro* poletarium (*quaſi per errorem ſine* n *ſcriptum eſſet*) *repoſuit. Verum enimvero quum in arte coquinaria* Poletrie *quandam rationem elegantem pullos, volucreſque etiam, condiendi ſive tabulis regiis aliiſque itidem apparandi, ſignet, hinc plane et ipſe de ejuſmodi coquis vocem* Polchehart *accipiendam eſſe putarim. Sed abſit, ut hæc pluribus proſequar, ullamve in partem diſputem. Hæc certe illis potius ſunt relinquenda, qui rei coquinariæ ſint periti, optimeque etiam ſint verſati in artibus, quibus homines, ad culinam pertinentes, ſedulo utuntur, ut voces novæ ac peregrinæ admittantur, verbaque etiam vetera, et proculdubio elegantia, barbare efferantur.* 4 *F.* tm̄, (*id eſt*, tantum.) 5 *Sic. F.* uterque. 6 *Id eſt*, hoſtiarius *ſive* oſtiarius. 7 Haſtelaria *ſive* haſtalaria *domicilium erat ſive locus, ubi haſtæ ſive verua adſervabantur. Lingua vernacula* The Spittery *dixeris.* 8 *Sic. Sed vocem* ſimiliter *abeſſe arbitror.* Haſtator *aliis dicebatur.* "HASTATOR" *autem, inquit Du Freſnius,* Offi-

[1] Scutellarius ſimiliter, & præter hoc . I. Sumarium cum liberatione ſua.

[2] Carettarius magnæ Coquinæ duplicem Cibum, & equo ſuo juſtam [3] libacionem.

Carettarius [4] Lardari[9] ſimiliter.

Serviens, qui recipit [5] venacionem, intus comedet, & tres ob̄ homini ſuo.

De Buteleriâ.

Magiſter Pincerna ſicut Diſpenſator Dapifer, & unam habent liberationem & eodem modo.

Magiſter diſpenſator Buteleriæ ſicut Magiſter diſpenſator panis & vini.

Diſpenſatores Botellariæ, qui per vicem ſerviunt, ſicut diſpenſatores expenſæ, qui per vicem ſerviunt, ſcilicet plus habent candelam, quia habent Cereolum, & . XXIIII. fruſta Candel̄.

" *Officium in coquina regia, in Ordinat. Hoſpitii S. Ludovici Reg. an.* " 1261 *vulgò* Haſteur, *qui veru ad focum verſat: eſt enim noſtris* haſte, " *veru, quòd* haſtæ *ſpeciem referat, apud Froiſſartem* I. *vol. cap.* 181. " Haſtier, *in Gloſſ. Gall.*" *Anglice* a Turnſpit, *cujus vice vel canibus* (*de quibus. ac aliis canibus Britannicis, dilucide egit Joannes Caius, vir optime doctus, in libello hoc de argumento ad Geſnerum ſcripto*) *vel machinis illis, quas vulgo* jacks (*Latine hæc vox* veruverſoria *ſonat*) *adpellant, nunc maxima ex parte utuntur. Et tamen aliquibus in locis* (*unoque etiam et altero Oxoniæ collegio*) *homines etiamnum ſunt in uſu.*
1 *Cui ſcutellarum* (*Anglice* the Diſhes) *cura incumbebat. Miniſtri bujus mentio apud Fletam, l.* II. *c.* 14. §. 3. *uti etiam* (*notante Du Freſnio*) *in Ordinat. Hoſpitii S. Ludov. Reg. an.* 1261. 2 *Auriga. Vulgo,* the Carter. 3 *Sic. L.* liberacionem. 4 *Id eſt,* Lardarius. *Sed legendum potius,* Lardarii. 5 *Ferinam, vulgo* the Veniſon. 6 *F.* ſed.

Ho-

Hoſtiarius Butellariæ conſuetudinarium cibum, & tres ob̄ homini ſuo.

[1] Hoſarii in domo comedent, & hominibus ſuis unuſquiſque tres [2] domar̄.

[3] Butarius conſuetudinarium cibum, & . III. D. hominibus ſuis, & dim. ſextarium vini expenſabilis, & . XII . fruſta Candell̄.

[4] Oparii [5] Butar̄ conſuetudinarium cibum tantum, ſed [6] Serei9 præter hoc . III. ob̄ homini ſuo, & . II. ſumarios cum liberationibus ſuis.

De [7] Eſcantionibus.

Quatuor tantum debent ſervire ſimul vice ſua, de quibus duo comedent in domo, & uterque homini ſuo . III. ob̄. Alii duo conſuetudinarium cibum habebunt, & ſimiliter . III. ob̄ hominibus ſuis.

[8] Mazenarii duplicem cibum tantum.

1 *Qui caligis præfuerunt, eaſdemque in uſum regium comparabant apparabantque. Vulgo* hoſiers, *ab Anglo-Saxonico* hoſa, *quod* caligas (*Anglice* hoſe, or hoſen, ſtockens) *valere docuit Somnerus.* 2 *L.* denarios. 4 *Qui butarum ſive doliorum, cuparum, vaſum vinariorum, lagenarumve majorum, &c. curam habebat. Ab Anglo-Sax.* byt & butte, *i. e.* utre & dolio. 4 *Sic. Potius,* operarii. 5 *Id eſt,* Butarii. 6 *Hoc eſt,* Sereiantius *vel* Seriantus. 7 *Sive* ſcantionibus, *id eſt,* pocillatoribus, *vel iis qui à ccyathis atque poculis fuerunt.* 8 *Eo nomine illos vocabant, qui à calicibus eſſent acernis. Cujuſmodi calices vulgo ſonant* mazers, *à voce nempe Teutonica* maeſer, *quod idem valet atque lignum acernum ſive*

ma=

* De [1] *Fructuar.* * 139

Fructuarius in domo comedet, & . III. d. hominibus ſuis.

Carettarius conſuetudinarium cibum, & equo ſuam [2] libacionem.

maple-wood. *è quo ligno calices confecti frequentiſſime olim apud nos alioſque etiam populos ſeptentrionales in uſu erant. Eorundem formam è picturis vetuſtis ediſcas. Ejuſmodi picturas penes me habeo in Kalendario, magni proculdubio æſtimando, à præſule nupero Elyenſi Guilielmo Fleetwodio, viro doctiſſimo, mihimet donato; cujus Kalendarii tum alibi, tum & in Præfatione ad Fordunum (ubi ejuſdem exſtat ſpecimen) mentionem feci. Neque ab his calicibus diverſos olim fuiſſe judicarim calices, quibus præfuerunt Prætores civitatis Oxonienſis, dum coronis ſuis ſolenniter inſignirentur Angliæ reges atque reginæ. quam conſuetudinem & nunc etiam dierum in coronationibus regiis ſibi jure merito vendicant prætores Oxonienſes. quibus temporibus, ipſis ſane eadem libentiſſime conceditur, dum ſcilicet haud alios atque calices ſive crateres acernos de jure ad ſe pertinere aſſeverant, è cujuſmodi profecto calicibus, non ex argenteis, principes ipſi olim inter coronandum potabant. At vero poſtea calices argentei in convivia adhibebantur palam, non tantum regia, ſed etiam plane vulgaria. quod neutiquam mirum, quum & nunc fere dierum Veneri atque Libero temporis partem maximam deberi arbitrentur plerique, veterum pudore apud pauciſſimos (et quidem vix ipſas excipias mulieres, in quarum tamen conviviis pudor haud dubiè ſemper verſari debet) ſervato, ſed, quod dolendum, illis legibus demum admiſſis, quæ in poculis argenteis Venereiſque etiam ponuntur.* 1 *Id eſt* fructuario. *Nec quidem numero plurativo* fructuariis *legerim. Poteſt tamen et* fructuaria *etiam (idque rectius fortaſſe) ſcribi, ut de ipſo officio accipiatur. Cujuſmodi officium & in monumento veteri commemoratur, à doctiſſimo Du Freſnio crebro allegato. Unde certe de Fructuario hunc in modum non obſcure ipſe ſcribit Du Freſnius. Scilicet in Gloſſario.* FRUCTUARIUS, Officium in Domibus regiis: cui fructus, atque adeo candelarum & ceræ cura incumbit, in Ordinatione Hoſpitii S. Ludovici Regis an. 1261. vulgò *le Fruitier.* Officium ipſum, *Fructuaria* dicitur. *Valet de la Fruiteir,* in Chron. Flandr. cap. 72. *Utinam et ipſe quoque explicuiſſet Henricus Spelmannus, cui his in rebus nunquam detrahenda fides. Sed antequam opus aureum abſolviſſet, fatis ceſſit. Quid itaque mirum, in eodem infinita quaſi prætermitti?* 2 *L.* liberacionem.

Ma-

Magiſter Camerarius par eſt Dapifero in [1] libacione.

Theſaurarius ut Magiſter [2] Camarius ſi in Curia fuerit & ſervierit ut [3] Theſaur̄.

[4] Vills Malduit. XIII. đ in die, & aſſidue in domo comedet, & . I. groſſam Candelam, & . XII. fruſta, & . III. ſumarios [5] ē liberacionibus ſuis.

Portator [6] lecti Regis in domo comedet, & homini ſuo . III. ob̄, & . I. ſummarium cum liberacione ſua.

Camerarius, qui vice ſua ſervit . II. ſolid in die, & . I. Simenel ſal, & . I. ſextarium vini expenſabilis, & . I. Cereolum, & . XXIIII. fruſta Candell.

Camerarius Candelæ. VIIId. in die, & dim. ſextarium vini expenſ.

[7] Tallator Regis in domo comedet, [8] homini ſuo . III. ob.

---

1 *L.* liberacione, 2 *L.* Camerarius. 3 *Id eſt,* Theſaurarius. 4 *Id eſt,* Villelmus *ſive* Willelmus. 5 *L.* cum. 6 Of the King's Litter. 7 *Sive* numerator. *Ab Anglo-Saxon.* tællan, numerare, adnumerare. dinumerare, Vulgo, the King's teller. *Ceterum & vocem Anglo-Saxonicam à verbo Latino* talea *(probo ſane et antiquo) originem duxiſſe nemo eſt qui dubitet, ſi conſideraverit, in computis rationibuſque ſuis veteres ligilla duo adhibuiſſe, unum nempe ab altero ita reciſum, ut ſimul juncta antiquam ad amuſſim referrent figuram: adeo ut numeri prius ſignati in integro ligno poſtea integri & ipſi comparerent in eodem in ligilla bina diviſo, ſi modo jungerentur hæc ligilla. Atque hic fraudem deprehendendi veterum mos erat. qui et ad noſtra uſque tempora itidem devenit. Hoc manifeſtum è Chirographis Indenturiſque. Chirographi tamen Anglo-Saxonibus*

quam

Camerarii ſine liberatione in domo comedent, ſi voluerint.

[1] Æquarius duplicem cibum, & quando Rex iter agit. I. d. ad pannos Regis exſiccandos, & quando Rex Balneat. IIII d. exceptis tribus feſtis annuis.

De Lavatore in dubio eſt.

Conſtabularii liberationes habent ſicut Dapiferi, & eodem modo.

[2] Vills filius Odonis. I. Simenellum Dominicum, &. I. ſextarium de vino claro, & . I. Cereolum, & . XXIIII. fruſta Candel.

Henricus de la Pomerai, ſi extra Domum comederit. II. ſol. in die, &. I. Simenellum ſal, & . I. ſextarium vini expenſabilis, & . I. cereolum. [3] XXIIII. fruſta Candel. Si autem intra. XIIII. d, & dim. ſextarium vini expenſabilis, & Candelam plenarie. Rogerus de Oilli ſimiliter.

quam nobis uſitatiores erant. In auctoribus poſt-Normannicis de chartis diviſis, Chirographis diviſis, Chartiſ*que etiam* per alphabetum diviſis *legimus. Quæ omnia explicant ſcriptores diplomatici. Nec ulla difficultas in* alphabeti *mentione. Nam in pergameno, in quo pacta aliaque id genus bis ſcribebantur, litteræ alphabeti exarari ſolebant, per quarum equidem medium quum pergamenum ſecaretur, ſi quis (contra omnes humanas atque divinas religiones) fraudulenter egiſſet manifeſte patebat, ſimul atque utraque pars conferretur. Nam ſi invicem non cohærerent reſponderentque partes binæ pergameni, illico de fraude (quæ ejuſmodi cautione adhibita tegi non potuit) pronunciatum eſt, rationeſque de remediis deinde initæ.*
8 *F.* et homini.

1 *Miniſter ſive ſervus qui portat aquam. Adeo ut* aquarius *ſit potius legendum.* 2 *Id eſt,* Villelmus *ſive* Willelmus. 3 *F.* et XXIIII.

Magiſter [1] Mareſc̄ ſimiliter, ſcilicet Johannes, & præter hoc debet habere [2] duas de donis & liberacionibus quæ fuerint de Theſauro Regis, & de ſua Camera, & debet habere dicas contra omnes officiales Regis, ut teſtis per omnia.

Quatuor Mareſcalli, qui ſerviunt familiæ Regis, tam [3] clic quam militibus quam & miniſtris, die qua faciunt [4] herbergeriam, vel extra curiam [5] morantur in negocio Regis. VIII^d^. in die, & . I. [6] Galū vini expen-

1 *Id eſt*, Mareſcallus. *Rectius, ut opinor, quam Spelmanni* Mareſcalſie, *qui tamen ita edidit in Gloſſario ſuo, ſub voce* Mareſcallus, *ubi locum quendam è* libro Rubro *adduxit.* 2 *L.* dicas. *Nam ſic mox infra. Neque aliter Spelmannus è* libro rubeo, *quo modo et ipſe etiam edidit magnus Du Freſnius, in Gloſſario nempe, ubi & ipſe etiam (è Spelmanno, ut videtur) locum hunc ipſum protulit, notavitque* dicam *hîc eſſe* præſtationem *in* taleolam *relatam. Dica ſcilicet in multis medii ævi auctoribus nihil aliud eſt quam talia, ſeu exactio, vel præſtatio, quæ inde nomen accepit, quòd in* talleolas referretur, *id quod & alibi Du Freſnio oſtenſum.* 3 *Id eſt*, clericis, *quo modo & ipſe etiam edidit Du Freſnius, voc.* Herbergeria. *Male proinde apud Spelmannum,* tam Clericus militibus quam miniſtris. 4 *Hanc vocem alibi non legi. Nec Du Freſnio alio in antiquo occurrebat monumento. qui tamen monuit,* herebergam, herebegum, heribergum, heribergare, Albergam, Albergatam, *&c. verba eſſe unius ejuſdemque originis, tametſi non omnino ejuſdem ſignificationis. Atque de hiſce verbis fuſe egis Du Freſnius, quem adiſis. Interim ad rem noſtram maxime ſpectant ea, quæ animadvertit Somnerus. nempe,* "Hereberga". [*quæ vox & idem valet atque* herbergeria] "Statio, "manſio. a ſtation or ſtanding where the army reſted in their "march, a harbour, or harborow. *Chaucero,* herborow. Hinc "Barbarorum *heribergium,* pro diverſorio publico." *Hæc autem dum breviter expono, illa itidem quæſo diligenter attende, quæ Gerardus J. Voſſius conſignavit in libro* II. *de vitiis ſermonis, ubi docuit,* heribergam, & heribergium. *proprie, primoque* tabernaculum *notare: ac ſic dici ab* her, *ſive* heir, *h. e.* exercitus, & berger, *quod eſt* cuſtodire, ſervare, continere. 5 Morantibus *Spelmanno. male.* 6 *Hoc eſt,* galum, *vel potius (nam vulgo* Gallon) Galun. *At* ga-

ſabilis, &. XII. fruſta [1] Candell : ſi [2] intra. III. denarios [3] in die hominibus ſuis in die, & [4] Candell plenarie.

Quod ſi aliquis Mareſcallorum miſſus fuerit in negotio Regis. VIII. đ tantum. Servientes Mareſcallorum ſi fuerint miſſi in negocio Regis, unuſquiſque. IIId. in die; [5] ſinā, in domo Regis comedent.

Hoſtiarii milites ipſi in domo comedent, & unicuique hominum ſuorum. III. ob̄ in die, &. VIII. fruſta [6] Candel̄

Gilebertus [7] bonus homo & Ranulfus in domo comedent, &. III. ob̄ hominibus ſuis.

Alii Hoſtiarii non milites in domo comedent, ſine alia liberacione.

Vigiles duplicem cibum, & hominibus ſuis. III. ob̄ in die, &. IIII. [8] Candel̄ &, præter hoc, in mane unuſquiſque duos panes, &. I. ferculum, &. I. Galum Cerviſiæ.

[9] Focarius in domo ſemper comedet, & à feſto Sancti Michaëlis uſque ad Paſcha [10] totidie quatuor denarios ad ignem.

galonem *apud Spelmannum*. 1 *Id eſt*, Candelarum. *Et ſic plane Spelmannus*. 2 Extra tres dies *Spelmanno. perperam*. 3 De die in diem homini ſuo & cand. plenar. *Spelmanno*. 4 *Id eſt*, Candelas. 5 *L.* ſin autem. *Ita enim Spelmannus*. 6 *Hoc eſt*, Candelæ. 7 Goodman. 8 *Potius*, Candell, *ut numero plurativo (id quod duplex elementum valere ſolet) accipiatur*, Candelaſque *denotet*. 9 *Famulus vel miniſter qui focum curabat*. 10 *Sic. L.* cotidie.

* 140 * Hoſtiarius Cameræ unaquaque die, [1] quo Rex iter agit. IIII. d. ad lectum Regis.

[2] Cortinarius in domo comedet, & quando faciebat Cortinas portare habebat liberationem ad . I. hominem ad . I. ſumar̄.

Unuſquiſque de . IIII. [3] Cornariis. III. đ in die.

Viginti ſervientes unuſquiſque . I. đ in die.

[4] Veltrarii unuſquiſque . III. đ in die, & . II. đ hominibus ſuis. Et unicuique Leporario ob̄ in die.

---

1 *Sic.* 2 Cortinarios, *qui et* Cortelini, *illos fuiſſe notavit Du Freſnius, qui cortem ſeu tentorium Principis obſervabant & ſervabant. Quidni itaque hîc illum ſignet, qui ejuſmodi corti non tantum præfuit, ſed & ipſas etiam cortinas eidem neceſſarias curabat, ſicut & aulæa itidem* (cortinas *quoque appellata*) *lecti regii cum faciebat tum, & apparabat?* 3 *Qui non tantum cornua inflare ſolebant, ſed et iiſdem itidem ita præfuerunt, ut ad ipſos eorundem pertineret cuſtodia. Nam illis antiquis temporibus domicilium quoddam fuit regium, cornibus omnigenis repletum, quod diu poſtea duravit. Idque ad morem illorum ſeculorum, quando & ambulacra ſua itidem habebant clypeata. Nihil obſtat, quo minus* Cornarios *lingua vernacula* Cornets *appelles.* 4 *Præfecti canibus veltricibus. Cujuſmodi canis Germanis* welter, *Gallis* viautre. Veltrarium *vulgo exponunt noſtri,* one who leads Gray-hounds or Hunting-dogs, *ſicut &* veltrariam *interpretantur,* the office of a Dog-leader or Courſer. Veltrem leporarium *dicebant itidem veteres* argutaritum. Eſt autem (*inquit Du Freſnius, voc.* CANIS) *argutarius canis,* qui arguto ſuo clamore feras inſequitur. *Et quidem* veltrarium *eundem cum* canis ductore *eſſe vel inde argumento eſt, quod è Recordis veteribus* [*Eſc. ſc.* 34. Ed. I. *n.* 37. Kent.] *hæc protulerit Thomas Blountus* (de Tenuris Antiq. *p.* 9.) Bertram de Criol held the Manor of Setene *in Com.* Kantiæ of the King by Sergeanty, *viz.* to provide one man called Veltrarius a Vauntrer, to lead three Grey-hounds, when the King ſhould go into Gaſcony, ſo long as a pair of ſhoes of four pence price ſhould laſt. *Qua occaſione inquit Blountus, p.* 10. this Veltrarius or Vautrarius, comes from the French Vaultre, a Mungrel Hound, for the Chace of the wild Boar.

1 Mueta Regis . VIII. đ in die.
Milites venatores . VIII. đ in die unuſquiſque.
2 Catatores unuſquiſque . V. d.
Ductor 3 Liemarii . I. d. & Liemarius ob.
4 Bernarius . III. đ in die.
5 Venatores deſhaired unuſquiſque . III. đ in die, & Magni haired . IIII. debent habere . I. đ. Et de parvis Haired . VI. I. d.

Bear. *Qui & alibi itidem (in eodem nimirum lib. p.* 35.) *ex aliis vetuſtatis monumentis* (*viz. Rot. Fin.* Mich. 2. Ed. 2.) *hanc juris publici fecit recordam : Richardus Rockeſley* Miles, tenebat terras *Seatoniæ* in Com. Kantiæ per Serjantiam, eſſe Vautrarium Regis in *Gaſconia* donec peruſus fuit pari Solutarum pretii IIII d. *in quam et hanc edidit notam :* i. To be the King's Vauterer or Dog-leader in Gaſcoigny, till he had worn out a pair of Shoes of four pence price. *Vitioſe igitur illi,* qui vantrarium *pro* vautrarium *ſcribunt. quem profecto errorem hunc in modum ibidem notavit cl. Blountus.* This Vautrarium Regis is by ſome miſwritten Vantrarium, and Engliſhed, the King's Fore-footman. 1 Cavea, aviarium. *Vulgo autem per* muetam regiam (the King's Mues) *ipſum locum intelligunt, ubi olim regis accipitres adſervabantur ac nutriebantur.* 2 *Famuli qui catis ſive felibus indomitis præfuerunt, caneſque etiam illos ducebant, quibus uſi ſunt principes in iiſdem venandis. Nec mirum, principes tunc temporis perſecutos fuiſſe in venationibus ſuis catas vel cattas, quum ea plane de cauſſa ejuſmodi beſtiæ è plagis tranſmarinis advectæ fuiſſent, ut luſibus regiis etiam inſervirent, in parcoque proinde Woodſtochiano pariter atque alibi cuſtodirentur.* 3 *Canis nimirum ſic dicti. A levitate ſcilicet* levyner, *à loro* limer *ſive* Lyemmer *appellarunt. Latine* levinarium & lorarium *nominavit Caius de Canibus Brit. f.* 11. *b. Ed. Lond.* 1570. *qui & canem medium eſſe notat inter ſagacem & leporarium, adeo ut ſagacitate ſimul & pernicitate poſſit. Hinc per* limmer *vulgo intelligitur,* a mongril Dog engender'd between a Hound and a Maſtiff. 4 Bernarii *qui urſas alunt, inquit H. Spelmannus.* Bern *nimirum urſam ſignat.* Berne *autem eſt pro* Beren *vel* Bear. Bernarius *proinde hic accipiendus pro miniſtro, ad quem urſi, caneſque in urſis venandis uſurpati, ſpectabant.* 5 *Id eſt,* venatores cervi *ſive* Hunters *vel* Huntſman of the Hart. *Itaque rectius disjunctim legatur* Coke on Lit. fo. 69. b.

Ad magnos Hared . II. homines, & unuſquiſque . I. đ in die, & ad parvos . II. homines, & unuſquiſque . I. đ in die.

1 Braconarii unuſquiſque . III. đ in die.

2 Luparii . XX. đ in die ad equos & homines & Ca-

---

tur des haired. Haired *autem, ut opinor, non aliud atque Anglo-Saxonicum* Heoꞃoꞇ, *Danicum* Hiort, *Belgicum* Hert, Herte, Hirt, Teuto-*nicumque* Hirſch. Haired *atque* hairet *promiſcue uſi ſunt veteres. iis præſertim ſeculis, quibus maxime in uſu erant characteres Anglo-Saxonici. Inde ſane in fragmento quodam, admodum vetuſto (nempe ſeſquiſeculo ſerius quam floruerit Ælfredus Magnus litteris Anglo-Saxonicis exarato) Aldhelmi eximii operis de laude virginitatis* aꞇheꞃeꞅcaꞇ *legitur, quod tamen in* aꝺheꞃeꞅcaꞇ *eadem ipſa mutavit manus antiqua. Hoc mecum fragmentum communicavit juvenis ſummæ ſpei Joannes Loveday, Collegii Magdalenenſis Oxonii Commenſalis ſuperioris ordinis.* 1 *Ejuſmodi canibus ſagacibus præfecti, quos* braccones *appellabant. Adeo ut* braccones *canes eſſent quidam venatici. Gloſſ. vett.* Liciſca, bracco. *Et nos quidem hodie (inquit Spelmannus)* brach *dicimus de cane feminea, quæ leporem ex odore perſequitur. Parvi quum eſſent, non alios forſitan atque* Beagles *fuiſſe dicas.* 2 *Luparii, qui lupos inſectantur ac venantur. Hæc interpretatio vulgaris. Hîc vero non tantum ejuſmodi inſectatores ac venatores, ſed & ipſos itidem ſignat vox iſta miniſtros, qui canibus præfuerint, quibus in ejuſmodi venationibus uſi ſint principes aliique. Sed quorſum hîc loci* luparii ? *Nunquid Hiſtorici aberrant, qui certiores nos fecerint, jam regnante Edgaro lupos funditus per Angliam omnes perditos fuiſſe? Nequaquam quidem falluntur Hiſtorici. At vero ita intelligendos eſſe arbitror, ut illud plane curaverit Edgarus. Neque dubito quin plerique fuerint interfecti. quibuſdam tamen relictis, ut ad eoſdem inſectandum animi cauſſa nonnunquam accingerentur principes. Qua de cauſſa & de lupis Henrico* I*mo. regnante in legibus noſtris legitur, ſicut & Du Freſnio obſervatum. Neque proinde inepte lupariorum hoc ipſo in loco mentio habetur, quum in parco de Woodſtock pariter atque alibi lupos tunc temporis exſtitiſſe conſtet. quo tempore & feminæ etiam formoſiſſimæ luporum aliariumque ferarum conſpectu paſcere oculos animumque exſaturare non raro voluerunt. Non eſt igitur, cur quis miretur, in* ciſta Roſamundæ mirabili, *(ab hiſtoricis commemorata) inter alia,* geſtum animalium *fuiſſe exhibitum. utpote*

quæ

nes, & [1] debet habere . XXIIII. [2] canes currentes, &. VIII. Leporarios, & . VI. libras per annum ad equos emendos, ſed ipſi dicunt octo.

De Archeariis, qui portabunt arcum Regis, unuſquiſque . V. đ in die, & alii Archerii tantundem.

Bernardus, Radulfus le Bobeur, & ſocii eorum, unuſquiſque . III. d. in die.

---

quæ & ipſa etiam, quantumvis puella mitiſſima, feras omnigenas adſpiciendi incredibili quodam deſiderio tenebatur; quemadmodum & ipſius viciſſim ſpectaculo nihil gratius fuit Henrico II. *atque jucundius, juvenibus etiam fere omnibus illius ævi ornatiſſimis, ex finitimis ipſam videndi cauſſa (ſi fieri poſſet,) undique concurrentibus, quorum profecto, ſententia nihil potuit eſſe ipſa (utpote facie plane eximia, pollucibilique ac delicato niveoque etiam corpore) dulcius ſuaviuſque.* 1 *L.* debent. 2 Canes curſales, *aliis. Vulgo,* courſing dogs.

Carta

Carta Stannariarum Domini Regis.

[1] H. Dei gracia, Cantuariæ Archiepiſcopo & Domino, G. filio Petri, & omnibus Baronibus Domini Regis de Scaccario, vicecomes Devoniæ & Cornubiæ, & Willelmus de Wrotham, Ricardus Flandrenſis, Robertus de Champeaus, Ricardus Peverell de Hinintoñ, Ricardus filius Walteri, Ricardus filius Gileberti, Lucas filius Bernardi, Henricus de Alneto, Odo filius Frawiñ, Salutem.

Sciatis, Vicecomitem Devoniæ & Cornubiæ recepiſſe per manum Willelmi de Wrotham præceptum Domini Cantuariæ Archiepiſcopi, in hæc verba:

H. Dei gracia, Cantuariæ Archiepiſcopus, totius Angliæ Primas & Apoſtolicæ ſedis legatus, vicecomiti Devoniæ & Cornubiæ, Salutem. Præcepimus tibi, ex parte Domini Regis, quod loco G. filii Petri committas Willelmo de Wrotham omnes [2] ſtamarrias Domini Regis in Balliva tua, & omnia quæ ipſas Stamarias contingunt. Et [3] Stagnatores ei habere facias in ea libertate, quam habere debent & ſolent. Facias & ei habere omnes illos viros legales, quos idem Willelmus tibi nominabit, quos ad hoc expedire viderit, qui auxilium & conſilium ei conferant ad cuſtodiendum cuneos Domini Regis, et omnem exitum ipſarum Stamariarum, & ad diſponendum de profectu ipſarum. Prohibe eciam omnibus hominibus communiter in Balliva tua, ne, ſine licentia ejuſdem Willelmi, Stagnum aliquod aſportent per mare vel per terram. Tu ipſe & ei tantum auxilium facias in præſenti ne-

1 *Hoc eſt,* Huberto. *Vide Godw. de Præſ. p.* 118. 2 L. *ſtannarias. Sed & vitioſe infra etiam paſſim ſcribitur.* 3 *Vel* ſtannatores. Stagnum *enim non tantum* lacum *ſed et* ſtannum *etiam ſignat.*

negotio Domini Regis expediendo, quod bene procedat, nec, per defectum tui, Dominus Rex aliquod dampnum incurrat. Teſte Stephano de Turneb̄ apud Weſtmonaſterium.* XX.*die Novembris.* Et ſciatis, Vicecomitem Devoniæ & Cornubiæ recepiſſe aliud præceptum Domini Cantuariæ Archiepiſcopi in hæc verba: *141

H. Dei gracia, Cantuariæ Archiepiſcopus, totius Angliæ Primas & Apoſtolicæ ſedis legatus, Vicecomiti Devoniæ & Cornubiæ ſalutem. Præcepimus tibi, quod, per ſacramentum. XII. *liberorum & legalium hominum de Balliva tua, qui melius ſciant rei veritatem, facias diligenter inquiri, quæ fuerint pondera primæ funturæ, & quæ pondera ſecundæ funturæ & ea pondera facias de cetero obſervari, ſicut dicet tibi lator præſencium W. de Wrotebam. Teſte G. de Bocland apud Salopesberi.* VII. *die Januarii.*

Item ſciatis, nos recepiſſe literas Domini G. filii Petri, ut eſſemus [1] eum Willelmo de [2] Wroth loco Domini G. filii Petri, tanquam juſticiæ, ad faciendum Domini Regis Cantuariæ præceptum de admenſuratione ponderum primæ & ſecundæ funturæ, et de diſpoſicione utilitatis profectus Domini Regis de Stagno; unde eſt, quod Vicecomes Devoniæ & ego Willelmus de Wrotham, Ricardus Flandrenſis, & Robertus de Champeaus, Ricardus Peverel de Hernimtoñ, Ricardus filius Walteri, ſalutamus Dominum H. Cantuariæ Archiepiſcopum, & Dominum G. filium Petri, & omnes Barones Domini Regis de Scaccario. Et mandamus, quod, in nonodecimo die Januarii noni anni Regni Regis Ricardi, in Devonia in Comitatu apud Exoniam inquiſivimus, per Sacramentum iſtorum, ſcilicet Ro-

1 *Sic. Lege,* cum. 2 *F.* Wrotham.

geri Rabi, Gervaſii Mercer, Adami de Movintoñ, Martini Prudhome, Hugonis de Movintoñ, Walteri filii Turberñ, Willelmi Haſtement, Sanſonis nepotis Roſ, Galfridi Faerchelde, Willelmi Daci, Johannis filii Roſ, Johannis Caperun, Philippi de Sede, Aluredi de Brente, Walteri le Boñ de Totenais, Walteri Bolte, Humfredi Faber, Ailward Burgeis, [1] Oſebertus Prigge de Aſpertoñ, Ailward Fairmuđ, Johannis Prigge, Roberti de prato, Willelmi de Eſſe de Plintoñ, Roberti de la Cnolle, Aluređ de Lega, Helyæ Mewi, Sapientiorum & [2] diſcretoribus, de juſtis ponderibus Stagni Devoniæ, quod juſtum & antiquum pondus Civitatis Exoniæ, per quod antiquitus, & nunc, & ſemper ſolebat fieri ſecunda funtura Stagni, eſt de tali quantitate, & ſemper debuit eſſe, quod juſtum & antiquum pondus de prima funtura ſtagni antiquitus, & nunc, & ſemper octies ponderatum ex ſe faciebat nonum, & facere debet per pondus Civitatis Exoniæ ſecundæ funturæ, & [3] hæc de cauſa, ſcilicet, quia de quolibet miliari, per majus pondus [4] ponderate, dantur Domino Regi de antiqua conſuetudine. XXX^{d}. ad firmam de Stamariis in Devonia, & pro Cuſto vecturæ ad villas [5] Marcardas, et pro eo quod ſtagnum decidit in ſecunda funtura. Et, ſecundum eorum ſacramentum, in tali quantitate coram nobis admenſurantur, et in Stamariis Devoniæ & in villis conſtituuntur.

Item mandamus, quod ſupraſcripto decimo nono die Januarii, noni anni Regni Regis Ricardi, Willelmus

1 *L.* Oſeberti. 2 *Sic. F.* diſcretiorum. 3 *L.* hac. 4 *F.* ponderato. 5 *Sive* Marcandas *vel* Mercandas. Emporia, nundinas publicas, ferias, *vel* (*ut vulgo*) mercatas *ſive* markets *hac voce intelligimus.*

de

de Wroteham primo recepit Stamariam Devoniæ, & tunc primo cœpit operari per pondera, in juſtam & antiquam quantitatem, per Sacramentum prædictorum Juratorum, admenſurata & conſtituta. Item Vicecomes Cornubiæ, & ego Willelmus de Wroteham, Ricardus filius Gileberti, Lucas filius Bernard̄, Henricus de Alneto, Odon filius Frewin̄ inquiſivimus in Cornubia in Comitatu apud Lanzaventon̄. XXV. die Januarii, noni anni Regni Regis Ricardi, per Sacramentum iſtorum, ſcilicet, Hereberti præpoſiti de Bodmine, Nicolai filii Margaretæ, Sawel̄ de Bodmine, Johannis filii Aldredi, Adæ Dai, Osberti Mercatoris, Stephani filii Bele, Roberti Cuſtek de Triveriu, Rogeri Mercatoris, Ailmari fratris Bernardi, Willelmi de Polſtadd de Liſcareet, Willelmi de Lanteiſni, * Roberti *142
Preienos, Fulconis de Liſcaret, Roberti Tropinel, Willelmi Cole, Ailſi præpoſiti de Lanzavinton̄, Dudeman̄ de Lanzavinton̄, ſapienciorum & [1] diſcretorum, de juſtis ponderibus Stagni Cornubiæ, quod juſtum & antiquum pondus ſecundæ funturæ Stagni in villis marcandis Cornubiæ antiquitus, & nunc, & ſemper ſolebat eſſe, & debet eſſe, de tali quantitate, quod juſtum & antiquum pondus primæ funturæ ſepcies ponderatum faciebat, & facere debet, ex ſe octavum per pondus ſecundæ funturæ, & quod juſtum & antiquum pondus primæ funturæ Stagni Cornubiæ antiquitus, & nunc, & ſemper ſolebat eſſe, & debet eſſe, majus de . XXX. [2] mimatis Stagni quam pondus primæ funturæ Devoniæ ; et hac de cauſa, ſcilicet, quia de quolibet mil-

1 *Sic. F.* diſcretiorum. 2 *F.* nummatis. Nummata *autem vel* nummatum *idem atque* nummus *ſive* denarius.

 liari,

liari, per majus pondus ponderato, dantur Domino Regi de antiqua conſuetudine. V. ſolidi ad firmam de Stamariis in Cornubia, et pro cuſto vecturæ ad villas mercandas, & pro eo quod ſtagnum decidit in ſecunda funtura. Et, [1] ſi eorundem ſacramentum, in tali quantitate coram nobis admenſuratur, & in Stamariis Cornubiæ & in villis mercandis conſtituuntur.

Item mandamus, quod in ſuprascripto. XXV. die Januarii, noni anni Regis Ricardi, Willelmus de Wroteham primo recepit Stamariam Cornubiæ, & tunc primo [2] m̄ cœpit operari per pondera in juſtam & antiquam quantitatem, per ſacramentum prædictorum juratorum, admenſurata & conſtituta. * Mandamus item,
* 78 b. [3] quod, quia Dominus Rex amodo, poſtquam Willelmus de Wrotham ſuſcepit Stamariam, habebit de novo redditu annuali de quolibet milliari, ponderato per pondus ſecundæ funturæ. I. marcam Argenti, [4] q̄ pondera ſecundæ funturæ in Devonia & Cornubia, per æqualem ponderationem admenſurantur & per æqualem quantitatem conſtituuntur.

Item mandamus, quod nec marca Domini Regis novi redditus de Stagno, nec antiquæ conſuetudines de firma ſtagni, nec pondera de ſtagno, ſicut nobis viſum eſt nullo modo potuerunt melius, legalius, ſubtilius, commodius ad utilitatem Domini Regis & populi provideri, quam nunc proviſum eſt per capitula, quæ de Stagno & Stammariis in Devonia & Cornubia ſtatuta ſunt per conſilium noſtrum, & per providentiam Wil-

1 *F.* ſecundum. 2 *F.* inde. 3 *Vel* quod *vel* quia *(ni fallor) delend.* 4 *F.* quæ.

lelmi

lelmi de Wroteham, anno . IX°. Regni Regis Ricardi, ſcilicet iſta :

Omnes [1] fedatores & nigri Stagni emptores, & de Stagno primi fuſores, & de Stagno primæ funturæ Mercatores, habeant juſtas & antiquas conſuetudines & libertates in Devonia & Cornubia conſtitutas. Item juſta & antiqua pondera primæ & ſecundæ funturæ ſtagni per ſacramentum ſupraſcriptorum juratorum ſtatuta, & de Cuneo Domini Regis conſignata teneantur.

Item omnes homines communem habeant empcionem de ſtagno in juſtis & antiquis & liberis conſuetudinibus, ſicut debent & ſolent, per marcam de quolibet miliario ſecundæ funturæ.

Item in Burgis & in villis mercandis in quibus capitalis cuſtos ſtamariarum ſtatuerit ſecundam funturam, de qua Dominus Rex de quolibet miliario de novo debet habere . I. marcam, fiat ponderacio ſecundæ funturæ ſtagni per pondus Civitatis Exoniæ, & illud pondus ſignetur Cuneo Domini Regis de Marca. Item pondus Civitatis Exoniæ conſtitutum ſemper ſit cuſtoditum in cuſtodia duorum legalium hominum in villis mercandis, & in cuſtodia Clerici ex parte Domini Regis * conſtituti. * 143

Item Cuneus de marca per quem pondus debet ſignari. & omne ſtagnum ſecundæ funturæ, ſemper ſit cuſtoditum ſub ſigillo cuſtodis ponderis ſecundæ funturæ, & Clerici ex parte Domini Regis conſtituti, niſi dum per eum ſignat.

1 *Conjeceram* feodatores. *Sed rectiùs forſitan* foditores.

Item

Item Cuſtodes ſecundæ funturæ & Clericus diligenter & memoriter, ſicut propria corpora ſua, inbreviare faciant omnia miliaria & Centurias & libras, quæ per pondus & Cuneum cuſtodiæ ſuæ ponderentur & ſignentur in toto anno.

Item in qualibet villa, ubi fuerit ſecunda funtura, conſtituantur duo legales & divites homines, qui recipiant de Mercatoribus Marcam Domini Regis coram cuſtodibus & Clerico ſecundæ funturæ & cunei ad ponderationem & ſignationem ſuam. Et Clericus & Cuſtodes Cunei non [1] permittet ſtagnum aſportari, donec Theſaurarii Domini Regis Marcam Domini Regis & conſtitutionem de ſtagno receperint.

Item Theſaurarii Domini Regis de Marca faciant de [2] averio Domini Regis [3] dicas & Cyrographa contra Cuſtodes & Clericum ponderis & Cunei. Et in Cyrographis continuantur dies recepcionis, & numerus receptæ, & numerus Milliarium, [4] &.C. libr. unde fuerit recepcio, & Nomina Mercatorum qui ſtagnum [5] acquietavint.

Item Theſaurarii Domini Regis ſimili modo per dicas, & per hujuſmodi Cyrographa tradant capitali Cuſtodi de Stamariis Averium Domini Regis.

Item Capitalis Cuſtos, vel aliquis Miniſter ſuus, nullo modo præſumat vexare Theſaurarios Domini Regis in vita eorum, vel heredes eorum poſt obitum patrum,

1 *L.* permittent. 2 *Id eſt*, theſauro. 3 *Hoc eſt*, chartas *vel* ſchedulas. *nam ea vocis ſignificatio primaria, licet alio ſenſu ſupra* (*ad pag.* 354.) *accipiatur*. 4 *F.* et C. & librarum. 5 *L.* acquietaverint.

dum

dum [1] racionabile acquietaverit ſe de recepcionibus averii Domini Regis ſecundum dicas & Cyrographa, facta contra Cuſtodes ſecundæ funturæ & Clericum Domini Regis.

Item Cuſtodes Cunei & ponderis & Clericus Domini Regis ſalve cuſtodiant ſemper, in communi cuſtodia ſua, [2] ſub ſigillis ſuis, dicas & Cyrographa facta contra Theſaurarios, & in tali [3] firmura, quod quilibet eorum habeat clavem ſuam & diverſam.

Item Clerici Notarii de Marca Domini Regis, & de Cyrographis Marcarum, retineantur ad ſtipendium & liberationem Domini Regis.

Item in qualibet villa, [4] n fuit ſecunda funtura, extra muros Civitatis Exoniæ, & extra villam de [5] Bodmente, conſtituatur una domus per conductionem Domini Regis, ubi fiat tota ſecunda funtura, & ponderacio, & ſignacio, & nullus præſumat alibi facere ſecundam funturam, nec ponderacionem, nec ſignationem, ſicut amat ſe & ſua.

Item in Civitate Exoniæ, & in villa de Bodmene, fundatur Stagnum in ſecundam funturam in locis, ſicut ſemper ſolebat, eo [6] tā ſervato, quod nullus præſumat, ſicut amat ſe & ſua, facere ſecundam, niſi coram cuſtodibus ponderum & funturæ, & Clericis ex parte Domini Regis conſtitutis.

---

1 *Id eſt*, rationabiliter. 2 *Tollend. lineola ducta per* b, *niſi &* ſubter *etiam legi poſſe cenſeas.* 3 *Aliis* firmatura, *id eſt*, ſera, clauſura, *ex Gallico* firmeture *ſive* fermeture. 4 *Id eſt*, niſi fuit. *Sed legend. potius*, ubi fuerit. 5 *Sic.* 6 *Sic. F.* tamen.

Item

Item non præſumat aliquis in villis mercandis habere aliqua pondera, per quæ ponderet ſtagnum, niſi coram cuſtodibus ponderis prius per pondus Domini Regis admenſurentur, & per cuneum Domini Regis de marca ſignentur.

Item ad cuſtodiendum pondus primæ funturæ & Cuneum de firma, de quibus Dominus Rex habebit antiquas conſuetudines ſuas, pertinentes ad firmam Stamariæ, conſtituantur duo legales homines & Clericus ex parte Domini Regis, coram quibus omne Stagnum primæ funturæ ponderetur & ſignetur.

Item Cuſtodes & Clericus primæ funturæ ſtagni, ſicut amant ſe & ſua, diligenter & memoriter inbreviare faciant omnia milliaria, &. C. & * libras, quæ [1] fuerē
* 144 ponderata & ſignata per pondus & Cuneum Cuſtodiæ ſuæ per totum annum.

Item non præſumat homo nec femina, Chriſtianus nec Judæus, vendere vel emere aliquid de ſtagno primæ funturæ, vel donare vel aſportare, nec extra Stamarias, nec extra loca, ad ponderacionem & ſignacionem primæ funturæ conſtituta, donec ponderetur & ſiguetur coram cuſtodibus & Clericis ponderis & Cunei de firma.

Item non præſumat homo nec femina, Chriſtianus nec Judæus, in Stamariis vel extra Stamarias, habere aliquid de Stagno primæ funturæ ultra quindenam, niſi ſit ponderatum & ſignatum per Cuſtodes & Clericum de pondere & Cuneo firmæ.

1 *Sic. id eſt*, fuerunt. *Sed legend. potius* fuerint.

Item

Item non præſumat homo nec femina, [1] Chriſtianus, in villis & Burgis mercandis, in mari vel in terra, ultra tredecim ſeptimanas habere Stagnum de prima funtura, ponderatum & ſignatum per pondus & cuneum primæ funturæ, niſi ſit poſitum in ſecundam funturam, & acquitatum de Marca.

Item non præſumat homo nec femina, Chriſtianus nec Judæus, aliquo modo aſportare ſtagnum nec per terram nec per mare, extra Devoniam & Cornubiam, niſi prius habeat licentiam [2] Capital̄ Cuſtodes Stamariarum.

Item conſtituantur boni & legales homines in portibus circiter Devoniam & Cornubiam, qui capiant Sacramenta omnium [3] Sturemannorum & [4] Marinellorum Navium ibi applicantium, quod non aſportabunt nec aſportari permittent in navibus ſuis ſtagnum, niſi ſit per regias conſuetudines ponderatum & ſignatum, niſi habeant breve Capitalis Cuſtodis Stamariarum.

Item cuneus de firma ſemper ſit cuſtoditus ſub [5] ſigill cuſtodis & Clerici, niſi dum per eum ſignatur in locis conſtitutis.

Item in omni ponderacione de ſtagno, quod lingua ſtateræ rectum judicet inter pondus & ſtagnum. Ita quod pro voluntate emptoris non trahatur lingua ſtateræ verſus ſtagnum ultra judicium æquitatis ſtateræ.

1 *F.* Chriſtianus nec Judæus, in villis. 2 *F.* Capitalis Cuſtodis Stannariarum. 3 Gubernatorum navium, Steersmen. 4 Marinariorum, naviculariorum, nautarum, mariners. 5 *Id eſt*, ſigillis, *niſi* ſigillo *malis*.

Et ut Dominus Rex, & Dominus H. Cantuariæ Archiepiſcopus, & Dominus G. filius Petri, et omnes Barones de Scaccario, [1] ſciat, nos diligenter & memoriter impoſuiſſe omnem curam & ſtudium & ſollicitudinem noſtram cum Willelmo de Wroteham ad utilitatem Domini Regis de Stagno pervidendam; et quod Dominus Rex de cetero non poſſit leviter per aliquem de mundo falli nec decipi: quatuor Cyrographa inde fecimus, unum mittentes Domino Cantuar̄. & Baronibus de Scaccario. Alterum Domino G. filio Petri. Tertium in communi cuſtodia [2] Theſauriorum Domini Regis de Marca, & cuſtodum cuneorum, & ponderum Devoniæ & Cornubiæ tradentes. Quartum Willelmo de Wroteham in teſtimonium liberantes. in quolibet Cyrographo [3] Sigillo noſtro apponentes.

1 *Sic. F.* ſciant. 2 *F.* Theſaurariorum. 3 *F.* ſigilla noſtra.

* Carta Hamelini, [1] Comitis Warenn̄. * 145

SCiant præſentes & futuri, Quod ego Hamelinus, Comes Warrenn̄, aſſenſu & voluntate Willelmi, filii & [2] heredes mei, recepi à Domino meo, Rege Anglorum, Ricardo primo, Eſcambium totius terræ meæ, quam habui in Toronia, ſcilicet de [3] Columbar̄, & de Balan, & de Chamberi, cum [4] cib⁹ pertinentiis ſuis, pro villa ſua de Theoford, cum pertinentiis ſuis. Ita tamen, quod ſi prædicta villa de Theoford, cum pertinentiis ſuis, valeat per annum plus quam triginta quinque libras Sterlingorum, quod ego & heredes mei reſiduum inde reddemus ſingulis annis præfato Domino meo Regi Ricardo, & heredibus ſuis, ad Scaccarium ſuum Angliæ. Si vero præfata villa de Teophord, cum pertinentiis ſuis, minus valeat per annum quam. XXXV. libras Eſterlingorum, illud, quod de. XXXV. libris deerit, alibi capiam de Dominico Regis Ricardi præfati loco competenti in Anglia, ubi ipſe mihi aſſignaverit. Teſte Willelmo de Longo Campo Elienſi Epiſcopo (Apoſtolicæ ſedis legato, & Domini Regis Cancellario) Godefrido de Luci Wintonienſi & [5] Reginaldo Battonienſi Epiſcopis, Galfrido de Lacell, Hugone Bardulf, Willelmo Briwer̄, Willelmo de Warenn̄, Adam de Poninḡ.

1 *Vide Dugd. Bar. T.* I. *p.* 76. 2 *L* heredis. 3 *Id eſt*, Columbariis. 4 *L.* omnibus. 5 Reginaldo *ſcilicet* Fitz-Jocelino.

Carta Walteri Croc.

SCIANT tam præſentes quam futuri, quod ego Walterus Croc conceſſi & [1] quietus clamavi Domino Regi Johanni, & heredibus ſuis, ſervitium medietatis tocius Baroniæ, quæ fuit Walteri Britonis, Avunculi mei. Ita ut Ricardus Briewere & heredes ſui habeant & teneant medietatem prædictæ Baroniæ, cum omnibus pertinentiis ſuis, in Dominicis, in feodis, in militibus, in ſervitiis, in advocationibus Eccleſiarum, & in omnibus libertatibus, medietati prædictæ Baroniæ pertinentibus, in capite de Domino Rege, & heredibus ſuis. Factum eſt hoc in Curia Domini Regis apud Weſtmonaſterium, Anno Regni Regis Johannis ſecundo, coram Domino [2] Willelmo Londonienſi Epiſcopo, [3] Johanne Norewicenſi Epiſcopo, Hamelin̄ Comite de Warenn̄, Willelmo de Warenn̄ Stephano Ridel, Galfrido [4] de Bocland Decano Sancti Martini Londini, Willelmo [5] de Hely Theſaurario Domini Regis, Ricardo de Herieth, Ricardo Flandrenſi, Johanne de Geſtlinḡ, & multis aliis Baronibus & fidelibus Domini Regis, ibidem tunc præſentibus.

Carta Henrici de Clinton̄.

NOTUM ſit omnibus, tam præſentibus quam futuris, me Henricum de Clinton̄ conceſſiſſe &

1 *F.* quietum. 2 Willelmo *ſc.* de S. Maria. 3 Johanne (*ni fallor*) de Grey, *qui* (*animam afflante Johanne de Oxon.*) *anno ſecundo regni Johannis in epiſcopum Norwicenſem conſecratus eſt.* 4 *Videſis Richardi Newcourti* Repertorium Eccl. Par. Lond. *Vol.* I. *p.* 425. 5 *Hinc ſupple* Chro-

quietum clamaſſe de me, & heredibus meis, Johanni, Regi Anglorum, (filio Regis Henrici) & heredibus ſuis, totum jus & clamium, quod ego habui in Caſtello de [1] Kenil de Worden̄, & in Boſcis, & in Vivariis, & in terris, & in redditibus, & in omnibus aliis rebus, quæ pertinent ad eandem villam de Kenildeworde̅, unde prædictus Henricus pater ejuſdem Regis Johannis, fuit ſeiſitus, anno & die quo obiit, ſalvo in toto tenemento, cum omnibus libertatibus, unde ego habui ſeiſinam in eadem villa anno & die, quo prædictus Rex H. obiit. Et ut hæc conceſſio & [2] & " quieta clamantia rata & ſtabilis in poſterum permaneat, eam hac præſenti Carta confirmavi, & ſigillo meo roboravi, hiis teſtibus, [3] Huberto Cantuarienſi Archiepiſcopo, [4] Willelmo Epiſcopo Londonienſi, Euſtachio [5] Elyenſi * Epiſcopo, Galfrido * 146
[6] filio Petri Comite Eſſexiæ, tunc Juſticiario Angliæ, Willelmo Mareſcallo, Hugone Bardulf, Willelmo Briewere, Roberto filio Rogeri, Willelmo de Albenni, Simone de Pateſhulle, & multis aliis.

Carta Aliciæ de Bella aquâ.

SCIANT præſentes & futuri, quod ego Alicia de Bella aqua vendidi Domino meo, illuſtri Regi

Chronicam Seriem *Guilielmi Dugdalii ad calcem* Originum Juridicialium, *ubi* W. *tantummodo vocatur anno* 2do. *Johannis Regis, etſi inferius, anno* 12. *ejuſdem Regis,* Will. de Ely *nuncupaverit Dugdalius.*
1 *Id eſt,* Kenilworth, *in agro Warw. Vide Dugd. Bar. T.* I. *p.* 528.
2 *F. delend.* 3 *Hoc eſt,* Huberto Waltero. 4 Willelmo *ſc.* de S. Maria. 5 *Vide Whartoni Angl. Sacr. T.* I. *p.* 633. 6 *Sive* Fitz-Piers. *Vide Dugd. Bar. T.* I *p.* 703.

An-

Anglorum, Johanni totum boſcum meum de Merſtoñ in Comitatu Buckingeham pro . C. Marcis Argenti, quas michi dedit, & illum boſcum, cum omnibus pertinentiis ſuis, quietum clamavi ei, & heredibus ſuis, imperpetuum de me & heredibus meis, & ipſe conceſſit quod ego, & heredes mei, & omnes homines noſtri de Merſtoñ quieti [1] ſumus de Secta [2] Swanemoti, & de omnibus aliis Sectis illius boſci, præterquam de Secta magnorum placitorum foreſtæ coram Juſticiariis foreſtæ itinerantibus. Et ut hæc mea vendicio ſtabilis ſit, eam præſenti ſcripto & ſigillo meo confirmavi. Hiis Teſtibus [3] P. Wintonienſi Epiſcopo, Domino W. de Grai Cancellario Domini Regis, [4] Henrico Exonienſi electo, Hugone de Nevill, Roberto de veteri ponte, & aliis.

1 *F.* ſimus. 2 Swanimotum (*inquit Spelmannus in Gloſſ.*) "*Curia* " foreſtæ, *quæ de rebus & delictis in foreſtâ accidentibus tribus tantum* " *vicibus annuatim cognoſcat. Dictum à Sax.* ƿþanᵹ (*quod poſteri* Swain " *pronuntiant*) *id eſt*, operarius, miniſter, & ᵹemoꞇe, *i.* conventus ; ᵹ " (*quid ſolet*) *in* i *vel* y *tranſeunte.* 3 Petro *ſc.* de Rupibus. 4 *Henricuu Martialis, ſive Marſhall, in epiſcopum Exonienſem electus ſub finem A. D.* 1193. *conſecratus A. D.* 1194. *deceſſit menſe Octobri A.D.* 1206. *Poſt cujus mortem ſedem per ſeptennium plus minus vacâſſe memoriæ prodiderunt Faſtorum eccleſiæ Anglicanæ auctores. Henricum, hac in Charta memoratum, à Martiali alium fuiſſe arbitror. quiſnam vero fuerit, nondum mihi compertum. Sed Regiſtra, ut videtur, nos deficiunt. Itaque nequeo accurate judicare. Verum eſto : concedatur, Martialem fuiſſe* electum *illum, cujus meminit Charta. At vero nihil aliud inde conſequitur, quam in difficultatem quandam chronologicam nos tali conceſſione delabi, è qua vix poſſumus noſmetipſos expedire.*

Carta

Carta Domini Coventrenſis.

[1] G Dei gracia, Coventrenſis Eccleſiæ humilis Miniſter, univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ filiis, ad quos præſentes literæ pervenerint, ſalutem in Domino. Cum pro univerſis Chriſtianis orare catholica teneatur eccleſia, pro ſuis quidem benefactoribus ſpeciales debet orationes effundere, ut in ſui promocionem poſterorum excitet devocionem, & vitium ingratitudinis, quo nullum eſt vitium odioſius, filiis ſuis prædicet fugiendum, & procul à finibus matris videatur expulſum. Eapropter, venerabili Domino noſtro Johanni, illuſtri Regi Anglorum, qui Lichfeldenſi Eccleſiæ, nobis à Domino commiſſæ, bona plurima contulit, & eidem à ſuis anteceſſoribus donata regia ampliavit munificentia, tres Capellanos in perpetuum conceſſimus, qui in eadem Eccleſia ſingulis diebus miſſas celebrent pro anima bonæ memoriæ Henrici, Regis Anglorum, patris prædicti Domini & Regis noſtri, & pro animabus fratrum & anteceſſorum ſuorum, & pro anima filii ſui Galfridi, nec non & ſpecialiter pro ſalute corporis ſui proprii & animæ ſuæ, ut [2] decus & Dominus noſter, qui nullum bonum prætermittit [3] irrenumerant, ei pro bonis temporalibus præmia [4] retribant æterna. Quia vero levius portantur onera, cum honores nectuntur & præmia, eiſdem Capellanis de bonis Epiſcopatus Coventrenſis certam & honeſtam aſſignabimus ſuſtentacionem. Ut igitur hoc poſteris innoteſcat, & in poſterum firmitatis vigorem obtineat,

1 Galfridus *ſc.* Muſchamp. 2 *F.* Deus. 3 *F.* irremuneratum.
4 *Sic. F.* retribuat.

de communi aſſenſu Decani & Capituli Lichefeld illud fecimus, & tam præſenti ſcripto, quam ſigilli noſtri appoſitione roboravimus. Hiis Teſtibus [1] W. Londonienſi, [2] Henrico Exonienſi, [3] Petro Wintonienſi Epiſcopis, G. filio Petri Juſticiario Domini Regis, [4] Ra-
* 147 nulfo Comite Ceſtriæ, * [5] Willelmo Comite Sarisburiæ, Waltero de Grai Cancellario, [6] Hugone Archidiacono Wellenſi, & multis aliis.

Carta R. Decani & Capituli Lichfeld.

UNIVERSIS Chriſti fidelibus, hanc Cartam viſuris vel auditturis, Ricardus Decanus, & Capitulum Lichfeldenſis Eccleſiæ, ſalutem. Ad omnium volumus notitiam pervenire, nos ſalva omni integritate & indempnitate Eccleſiæ noſtræ & Capituli, ratam & gratam habuiſſe conceſſionem, quam venerabilis pater noſter G. Coventrenſis Epiſcopus, fecit reverendo Domino noſtro Johanni, illuſtri Regi Anglorum, videlicet de tribus Capellanis, quos idem Dominus Epiſcopus in Eccleſia de Lichefeld inveniet, qui pro ſalute corporis & animæ prædicti Domini Regis, & pro animabus patris ſui, & fratrum & anceſſorum ſuorum, nec non & pro anima Galfridi, filii ſui, ſingulis diebus Miſſarum ſolempnia in perpetuum celebrabunt. Quia vero devotiora fiunt officia, cum debita conſecuntur præmia, gratum gerimus, ut eiſdem Capellanis de

1 Willelmo de S. Maria. 2 Henrico Martiali. 3 Petro de Rupibus. 4 Ranulpho Blundevil, *vel potius* Blandevil. *Vide Dugd. Bar. T. I. p.* 41. 5 Willelmo de Longa-ſpatha, *vulgo* Longeſpe. 6 Hugonem de Wells *vulgo appellabant. Aliis eſt* Hugo Nevil.

Ec-

Eccleſia de fortuna, quam prædictus Dominus & illuſtris Rex noſter, pro ſalute animæ ſuæ, & pro animabus patris & matris & fratrum & anteceſſorum ſuorum, nec non pro anima Galfridi, filii ſui, memorato Domino noſtro & ſucceſſoribus ſuis contulit, certa aſſignetur ſuſtentacio. Ut igitur memorata conceſſio firmitatis vigorem obtineat in poſterum, eam præſenti Carta noſtra, & ſigilli noſtri appoſitione, roboravimus. Hiis Teſtibus, [1] Willelmo Archidiacono Derebienſi, Magiſtro Nicolao de Weſtoñ, Magiſtro Johanne de [2] Nirewerc, Magiſtro Willelmo de Canot, Michaële Capellano, Waltero de Londonia, & multis aliis.

De forisfacto Willelmi de Braoſa.

[3] H. Dei gracia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, univerſis, hoc præſens ſcriptum inſpecturis, ſalutem. Ut Univerſitati veſtræ notum fiat, qua de cau-

1 Willelmo de Muſchamp. 2 *Potius*, Niewerc, *id eſt*, Nitmark.
3 *Male* H. *perinde ac ſi Henrico* II^do^. *regnante hæc facta fuerint. Recte cl. Dugdalius, qui (harum rerum optime intelligens) in Baronagii ſui Tomo* I. *p.* 416. J. (*i. e.* Johannes) *reponendum eſſe monuit. Dugdalius nempe ipſe hiſtoriolam hanc totam ob oculos habuit, linguaque vernacula (prout è* libro rubeo, & *ipſo ad oram paginæ allegato, verterat) in lucem apertam protulit. Hiſtoriola profecto (cujus veritas hîc, ut videtur, ſarta tecta permanet) plurima in ſe continet, quæ fruſtra apud alios quæſiveris hiſtoricos. Atque inde plane diſcere eſt, Guilielmum de Braoſa uxoremque ipſius Matildim homines fuiſſe pervicaciſſimos, digniſſimoſque forſitan qui ob proditionem ſecuri ferirentur. Attamen dolendum eſſe puto, quod Matildis illa, femina proculdubio nobiliſſima, apud Windleſhores (Matthæo Weſtmonaſterienſi, ſub an.* M. CC. X. *referente) una cum filio Guilielmo, ex juſſu Johannis regis, fame miſerabiliter perierit.*

ſa, & quo forisfacto, [1] Willelmi de Braoſa de terra noſtra receſſerit, Sciatis, quod idem Willelmus debuit nobis, in ultimo receſſu noſtro de Normannia, quinque millia marcarum Argenti pro terra noſtra [2] Mononiæ in Hibernia, quam ei dimiſeramus, nec infra quinquennium aliquid nobis inde reddidit. Et cum multos inde terminos cepiſſet, nullum terminum tenuit. Et præterea debuit nobis firmam Civitatis noſtræ de Limeric de quinquennio tunc præterito, & de toto prædicto debito [3] mich̄ nobis reddidit, præter . C. libras, quas nobis accommodaverat apud Rotomagum, unde nos poſt ea rogavit, quod illas ei computaremus in firma de Limeric, & id ei conceſſimus. De debito autem, quod nobis debuit pro Momonia, [4] t^{s}nn^{s} ei fuerant aſſignati. Sed omnes præteriit, & de plurimis terminis, quos inde poſtulaverat, nullum tenuit. Poſt quinquennium autem completum, ſecundum conſuetudinem regni noſtri, & per legem Scaccarii noſtri, [5] conſideratum fuit quod diſtringeretur per Catalla ſua Angliæ, ad debita noſtra nobis ſolvenda. Sed ipſa omnia Catalla ſua ita ſummoverat, quod inveniri non potuerunt. Et mandavimus Ballivo noſtro de partibus Walliæ Gerardo de Achiis, ut ipſum diſtringeret per Catalla ſua Walliæ, propter eadem debita. Et tunc venit ad nos Matildis de Haia uxor ſua, & W. Comes de Ferariis nepos ſuus, & Adam de Port̄ qui ſororem ſuam habuit in uxorem, & multi alii amici ſui, apud Glovorniam, & rogaverunt nos, ut prædictus Willel-

1 *L.* Willelmus. 2 Munſter *ſive* Mounſter. 3 *L.* nichil. 4 *L.* termini ei. 5 Decretum, judicatum.

mus

mus ad nos venire poſſet * ad loquendum nobiſcum, & * 148
nobis ſatisfaciendum de debitis [1] v̄ris & terminis præteritis, & id eis conceſſimus. Et interea acceſſimus Herefordiam, & ibi venit ad nos prædictus W. & tradidit nobis tria Caſtra ſua Walliæ ſuæ, ſcilicet Haiam, Brechenniam, & Radenouram, in [2] tenantiam reddendi nobis prædicta debita noſtra, & ſatisfaciendi nobis de tranſgreſſione ſua infra terminum, quem ad peticionem ſuam ei [3] poſſuimus; & inſuper totam terram Angliæ & Walliæ nobis in [4] plegium poſuit, [5] incurrend', niſi terminum illum ſervaret, & hoc modo ea recipimus. Et præterea ipſe nobis liberavit in obſides [6] Willelmi de Braoſa Junioris, & unum [7] fil̄ Reginald' de Braoſa, & . IIII^{or}. filios hominum ſuorum. Sed nec propter hoc terminum illum, magis quam terminos prædictos, obſervare curavit. Poſt modicum vero temporis, cum Gerardus de Achiis, cui caſtra [8] comiſeramus illa, mandaſſet Conſtabulariis eorum, quod venirent ad [9] pacaciones ſuas recipiendas, quæ eis fieri ſolebant de menſe in menſem, prædictus Willelmus audiens, quod Conſtabularii illi abſentes fuerunt, ipſe & Willelmus junior & Reginaldus filii ſui collegerunt magnam multitudinem gentis, & invaſerunt tria prædicta Caſtra, & omnia una die obſederunt. Sed cum ibi [10] perficere non poſſent, diverterunt ad quandam vil-

1 *Id eſt*, veſtris. *Sed* noſtris *reponendum*. 2 Securitatem. 3 *Sic. L.* poſuimus. 4 Vadimonium. 5 *F.* incurrendam. *Anglice*, to be forfeited. *Sed & poteſt* incurrenda *legi, ut ad* caſtra *itidem referatur. Et tamen ut* terram *ſubintelligatur magis placet*. 6 *F.* Willelmum de Braoſa juniorem. 7 *F.* filium Reginaldi. 8 *Sic*. 9 Solutiones, payments, pay, wages. 10 Speed. *Idem proinde eſt atque*, cum ibi male res cederent.

lam, ſcilicet [1] Limeniſtre, quæ cella eſt Abbatiæ de Rading̅, de libera Elemoſina noſtra, & medietatem villæ illius combuſſerunt. Et de Baliſtariis & ſervientibus noſtris ibi inventis, & [2] de alia gente noſtra, quoſdam interfecerunt, & quoſdam vulneraverunt. Gerardus vero de [3] Athiis hoc audiens, adunavit de gente noſtra quot potuit, ut ſubveniret partibus illis, quas illi invaſerant. Willelmus vero, de loco ad locum ſe retrahens, fugit in Hyberniam cum prædictis filiis ſuis, & cum uxore ſua, & cum familiis eorum, & ibi à Comite Willelmo Mareſcallo, & Waltero Laci, & Hugone de Laci, fuit receptus & contra nos receptatus, & nos eis mandavimus, quod, [4] de ſic̅ ipſi homines noſtri ligii fuerunt, in fide, qua nobis tenebantur, non receptarent inimicos noſtros, qui nobis foris fecerant, & propter [5] foris fem̅ ſuum terram noſtram Angliæ reliquerant. Sed nichil propter hoc mandatum noſtrum inde fecerunt. Mandaverunt tamen nobis, quod [6] manuceperunt pro eodem Willelmo, quod veniret ad nos infra certum terminum, quem in literis ſuis nominaverunt, ad ſatisfaciendum nobis de prædictis exceſſibus ſuis, & quod, niſi infra terminum illum hoc faceret, ipſum eum de cetero non receptarent, nec in ſocietate ſua haberent, ſed de Hybernia eicerent, & hoc conceſſimus. Sed nec illi nec ille terminum illum, vel promiſſum ſuum ſervaverunt. Nos igitur tot & tantos omnium illorum exceſſus amplius ſuſtinere non

1 *In agro Herefordienſi. De* Leominſter, *ac de abbatia ibidem, egregie egit Lelandus in Itin. Vol.* IV. *p.* 71, 72, 73. *quem videſis.* 2 De aliis populis noſtris. 3 *Vel, ut ſupra,* Achiis. 4 *Ideſt,* deſicut. 5 *L.* forisfactum. 6 Stipulati ſunt, in ſe ſuſceperunt.

po-

potuimus, & exercitum adunavimus ad eundum in Hyberniam, & dum præparavimus iter noſtrum, idem Willelmus venit ad Ballivos noſtros Hyberniæ, [1] petiit ab eis conductum, ut ad nos venire poſſet, ad quærendum pacem noſtram, & aſſenſerunt Ballivi noſtri, & Sacramentum ab eo ceperunt, quod nulla parte diverteret, ſed recto tramite ad nos iret. Sed cum veniſſet in [2] Wallia, [3] dimiſſa in [4] Hybern̄ familia ſua, nos non reſpexit, ſed attraxit ad ſe, quos potuit, de inimicis, & nobis malum quærere cœpit quod potuit. Et interim [5] veniſſemus uſque Penbroc cum exercitu noſtro ſuper mare [6] Hybern̄, acceſſit ad nos Willelmus de Ferrariis nepos ejus, & rogavit nos, ut liceret ei ire ad ipſum Willelmum, ad inquirendum animum ejus, & hoc ei conceſſimus, & miſimus cum illo * unum mili- * 149
tem de domo noſtra, ſcilicet Robertum de Burgate, & ipſi reverentes rogaverunt nos, ut idem Willelmus propius poſſet accedere, ad loquendum nobiſcum per internuncios, & hoc eis conceſſimus. Et cum veniſſet uſque ad aquam de Pembroc, optulit nobis per internuncios Quadraginta millia marcarum, pro habenda pace & benevolentia noſtra, & pro omnibus debitis ſuis prædictis, & Caſtris ſuis & terris Angliæ & Walliæ, & nos ei reſpondimus, quod bene novimus, quod non erat omnino in poteſtate ſua, ſed magis in poteſtate uxoris ſuæ, quæ fuit in Hybernia. Et mandavimus ei, quod [7] certi fuimus in [8] Hybern̄, & quod veniret nobiſcum in ſalvo conductu noſtro uſque in Hy-

1 *F.* et petiit. 2 *F.* Walliam. 3 Relicta. 4 *Id eſt*, Hybernia. 5 *F.* cum veniſſemus. 6 *Hoc eſt*, Hybernicum. 7 Certi fuimus eundi, decrevimus proficiſci. 8 *Id eſt*, Hyberniam.

ber-

berniam ad loquendum cum uxore ſua, & amicis ſuis, de [1] fine, quem optulit, & ad firmandum ibi convenciones, quæ inde inter nos fierent. & ſi ibi inter nos convenire non poſſet, ipſum ad eundem locum in Walliam ſalvó [2] remittemus in eodem ſtatu quo tunc fuit. [3] Lpē ā hc facere refutavit, & remanſit in Wallia. Et poſtquam transfretavimus in Hyberniam, ipſe nobis malum fecit quod potuit, & unum [4] molendinī & tres [5] Bordellos combuſſit. Interea Matilldis de Haia, audiens adventum noſtrum in Hyberniam, fugit verſus Scociam cum Willelmo & Reginaldo filiis ſuis, & cum privata familia ſua, per mare, in ſocietate [6] Hugon de Laci, qui ſimiliter propter adventum noſtrum fugerat. Et [7] ē eſſemus apud Cracfergus, capto jam caſtro illo, mandavit nobis quidam amicus & conſanguineus noſter de Galweia, ſ. Dunecanus de Karric, quod ceperat prædictam Matilldim, & filiam ſuam uxorem filii Rogeri de Mortemer, & prædictum Willelmum Juniorem, & uxorem ſuam, & duos filios ſuos. (Sed Hugo de Laci & Reginaldus de Braoſa evaſerant.) Et miſimus propter eos Johannem de Curci & Godefridum de Craucumb, cum Baliſtariis & ſervientibus & [8] duobus [9] Galiis. Qui cum adducti eſſent ad nos, ipſa Matilldis cœpit loqui de fine faciendo nobiſcum, & optulit nobis. XL. milia marcarum pro vita & membris viri ſui & ſuis & ſuorum, ita quod vir ſuus omnia Caſtra ſua, & totam terram ſuam nobis quietam clamaret. Et [10] ſic̄ convenit tunc inter nos. Poſt tri-

1 The Fine. 2 *F.* remitteremus. 3 *Sic. F.* Ipſe autem hoc. 4 *F.* molendinum. 5 Ædiculas, domunculas, tuguriola. 6 *L.* Hugonis. 7 *Sic. L.* cum. 8 *Potius*, duabus. 9 Galleys. 10 *Id eſt*,

duum vero pœnituit illam finis illius, & dixit, quod finem illum tenere non potuit. [1] Poſt h^c cum [2] recedemus de Cracfergus reverſuri in Angliam, duximus illam & ſuos nobiſcum ſub cuſtodia, & ipſa iterum optulit nobis . XL. millia marcarum, & inſuper decem millia marcarum, quia à prima [3] convencō ne″ reſilierat, et aſſenſimus hoc pacto, quod, quoties ipſa à convencione illa reſiliret, decem millia marcarum argenti fini ſuo adderet, [4] pacanda in prima [5] pacatione ſua. Et hæc convencio ſcripta fuit inter nos & ipſam & ſuos, & ſacramento & ſigillis eorum, & ſigillis noſtrorum Comitum & Baronum, qui aderant, confirmata, & termini [6] pacationum in ſcripto illo fuerunt aſſignati. Et ipſa cum ſuis prænominatis ſub cuſtodia teneri debuit, donec univerſum debitum prædictum nobis eſſet perſolutum. Præter hæc, quod prædictus Willelmus, ſtatim poſt transfretationem noſtram in Hyberniam, inceperat malefacere, & terram noſtram comburere (ut prædictum eſt) Vicecomes Herefordiæ, in cujus Balliva hoc fecerat, demandari fecit eum in Comitatu ſuo tanquam malefactorem. Et cum [7] ut lagari deberet, ſecundum conſuetudinem Angliæ, nos, propter finem, quem prædicta Matilldis nobiſcum fecerat, mandavimus eidem vicecomiti, quod hoc differret, donec in Angliam veniremus. Poſt vero reverſionem noſtram in Angliam, cum ipſa M. & ſui * eſſent apud Briſtolliam *150
in cuſtodia, petiit, quod licentiam daremus viro ſuo veniendi ad ipſam, & loquendi cum ea privatim, &

eſt, ſicut. (*Sed lineola ſupra lin. ablata*) ſic *malim.* 1 *Id eſt*, poſt hoc *vel* poſt hæc. 2 *L.* recederemus. 3 *L.* convencione. 4 Solvenda. 5 Solutione. 6 Solutionum. 7 Proſcribi.

con-

conceſſimus ei. Et poſt hæc venit ad nos idem Willelmus, & conceſſit finem illum, quem uxor ſua nobiſcum fecerat, & promiſit, ſe paratum eſſe libenter ad ſolvendum. Et cum ire [1] debet ad perquirendam pecuniam illam, liberavimus ei, ad peticionem ſuam, unum ſervientem G. filii Petri Juſticiarii noſtri, qui cum eo eſſet, & ipſum conduceret, ne forte alicubi impediretur, eo quod toties demandatus fuerat ad Comitatus tanquam malefactor. Et cum dies primæ pacationis adveniſſet, miſimus ad prædictam M. G. filium Petri Juſticiarium noſtrum, & Comitem Saresburiæ fratrem noſtrum, & S. Comitem Wintoniæ, & alios de Magnatibus noſtris, ut ſciremus, quid ſuper hoc eſſet factura; & illa præciſe reſpondit, quod nichil nobis ſolveret, & quod non habuit plus pecuniæ ad finem illum niſi. XXIIII. marcas Argenti. & . XXIIII. ſolidos Biſantiorum, & . XV. uncias auri. Et ſic nec tunc, nec poſtea, vir ſuus, nec ipſa, nec aliquis pro illis, aliquid nobis inde ſolvit. Cum igitur audiſſemus, quod prædictus Willelmus ita receſſerat de terra noſtra, & quod nichil nobis de pecunia noſtra ſolveretur, præcepimus, quod conſideracio regni noſtri de eo fieret, & ſic de comitatu in comitatum demandatus, & non comparens, tandem, ſecundum legem & conſuetudinem Angliæ, eſt utlagatus. Ut igitur de veritate hujus rei certiores [2] efficiann͞, nos & Comites & Barones noſtri ſubſcripti ſigilla noſtra huic ſcripto appoſuimus [3] & teſtimonium veritatis, ſcilicet, W. Comes Saresberiæ, G. filius Petri Comes Eſſex, S. Comes Wintoniæ, R. Comes de Clara, Comes [4] Albr͞, H. Comes Herefordiæ,

1 *F.* deberet. 2 *F.* efficiamini. 3 *F.* in teſtimonium. 4 *F.* Albricus.

W.

W. Comes de Ferrariis, Robertus filius Walteri, Willelmus Briwer̄, Hugo de Nevill, Willelmus de Albenn̄, Adam de Port, Hugo de Gurnac, Willelmus de Moubray.

Carta[1] *Scabinorum, & proborum hominum de Sancto Audomaro.*

EXCELLENTISSIMO Domino ſuo J. Dei gracia, Illuſtri Regi Anglorum, Domino Hyberniæ, Duci Normanniæ & Aquitanniæ, Comiti Andegaviæ, Scabini & probi homines de Sancto Audomaro ſalutem.

Sciatis, nos in bona fide conceſſiſſe, & hac Carta noſtra vobis & regno veſtro fideliter[2] aſſecuraſſe, [3] & de cetero erimus vobis, & regno veſtro, & hominibus veſtris, veri & fidi amici, & bonum & honorem veſtrum & regni veſtri per nos, & per amicos noſtros, omnibus modis, quibus poterimus, fideliter perquiremus & conſervabimus, & omnes illos, quos poterimus, tam de

1 Judices *interpretantur plerique. Quæ quidem interpretatio paſſim etiam obtinet. idque rectiſſime. eo etenim ſenſu in perquam multis inferioris ævi monumentis & ſcriptoribus vox occurrit. Vide tamen, quid interſit inter hujuſmodi judicem &* judicem *late ſumptum. Expediet (ne alios nominem) Henricus Spelmannus. Ita enim ille in Gloſſario. Scabini, Scabinei, Scabinii,* Judices erant apud Germanos, Francos, Longobardos, malis publicis cauſiſque tam capitalibus quàm civilibus; nec terreſtribus ſolùm, ſed & maritimis, in quovis Comitatu, & Civitate ſub Comite præfecti: à Miſſo regio ſive dominico (qui inſtar *Juſtitiarii Aſſiſæ* apud nos fuit) cum aſſenſu populi electi: & in ſingulis malis ſepteni conſtituti. Tanta eis reverentia, ut ſi quis repeteret quod ab ipſis judicatum eſſet, & in cauſa cecidiſſet, aut 25. ſolidis rem componeret, aut acceptis à *Scabinis* 15. ictibus, ſuam lueret temeritatem. 2 Aſſured. 3 *F.* Quod de.

Flandria, quam de aliis terris, attrahemus ad ſervitium & fidelitatem veſtram. Et ſi aliqui voluerint malum vel dampnum aliquo modo facere vel perquirere vobis, & regno veſtro, vel hominibus veſtris, nos inde pro poſſe noſtro illos impediemus, ſalvo [1] tm̄ jure heredum Flandriæ & honore noſtro. Nos [2] & omnes Mercatores terræ veſtræ, & nuncios & homines veſtros, in villis & poteſtatibus noſtris, cum omnibus rebus ſuis, recipiemus, conſervabimus, [3] manutenebimus, & [4] conducemus, tanquam nos & noſtra. Et ſi aliqui extra poteſtatem noſtram voluerint eis malum, vel dampnum, vel impedimentum, facere vel perquirere, nos illos [5] præmuniemus & pro poſſe noſtro defendemus. Et ſi Rex Francorum, vel aliquis alius, nobis [6] phibuit, ne in terram noſtram veniamus ad mercandiſas ibi faciendas, nos ideo illud non omittemus. Sub tali forma ſcribunt homines de Gandavo, & de Bruges, & Doay, & de Ypra, & de Inſula.

* 151 ** [7] Manucaptores pro filiis Willelmi de Braoſa.*

WILLELMUS Comes Sariſburiæ, & R. Comes Ceſtriæ, & G. Comes Glouceſtriæ, & W. Comes Arundell, & W. Comes de Warenn̄, & W. Comes de Ferrariis, & W. Comes de Mandevill, & S. Comes Wintoniæ, & H. Comes Warewici, & Reginaldus de Braos̄, Petrus filius Hereberti, & Mathæus

1 *Id eſt*, tantum. *Poteſt autem et* tn̄, *hoc eſt*, tamen *legi*. 2 *Id eſt*, etiam. 3 Maintain. 4 Conduct. 5 *Id eſt*, permuniemus *vel* tuebimur *ſive* vindicabimus. 6 *Id eſt*, perhibuit, *vel potius* prohibuit. *Repone* prohibuerit. 7 Stipulatores.

fra-

frater ejus, Walterus de Laſci, Hugo de Mortuomari, Robertus filius Walteri, Robertus de Mortuomari, Radulfus de Toeney, Willelmus de Albinn̄, manucapiunt, quod Johannes, & Egidius, & Philippus, & Walterus, filii Willelmi de Braoſ̄, fideliter ſervient Domino Regi.

Et ſi forte aliquid fecerint, unde ſtare noluerint, ad conſideracionem Curiæ ejuſdem Domini Regis, præfati Comites & Barones ipſos in bona fide diſtringent pro poſſe ſuo racionabili ad hoc emendandum.

[1] *Honor Bolcniæ.*

DE feodis Comitis de Giſnes. XII. milites. inde habetur in Bedfordſcire Stivintoñ [2] e parva Wahell pro tribus militibus, & in [3] Cantebregḡ [4] Dukeſworth̄ & [5] Trumpitoñ pro. III. militibus, quos Comes Willelmus Mareſcallus tenet. Et in Eſſex Goſleſ-

1 *Honor* ab Anglo-Normannis dictum videtur uniuſcujuſque majoris Baronis, feodale patrimonium, ſeu Baronia: adjuncto plerunque, ſedis ejuſdem capitalis, aut ipſius interdum Baronis, nomine. *Hæc Henricus Spelmannus in Gloſſario, ubi & paullo fuſius de voce hac diſceptavit. quem proinde adiſis. ea præcipue de cauſſa, ut intelligas, quo modo vocis ſignificatio primaria variaverit conſuetudine feodali aliquatenus collapsâ. Tandem tamen ſubdit:* Denique uti Manerium plurimis gaudet (interdum feodis, ſed plerunque) Tenementis, conſuetudinibus, ſervitiis, &c. ita *Honor* plurima complectitur Maneria, plurima feoda militaria, plurima Regalia, &c. *Unde et Du Freſnius, Honor*, apud Anglos, ſignificat feudum vel manerium aliquod nobilius, quod regalibus exornatur, & multa inferiora ſibi ſervitutem debentia habet. 2 *F.* cum. 3 *Hec eſt*, Cantebrigg ſcire. *Vide ſupra, p.* 248. 4 Duxford *ſive* Dirford *hodie.* 5 Trumpington.

hunte & Goldhangre pro . III. militibus, quam [1] Monachꝰ de Sancto Albano tenent; & [2] Hotland & [3] Lalleford, quam Henricus de [4] Marc̄ tenet per . III. milites.

De [5] feod̄ Willelmi de Muſtruill . VI. milites. inde habetur in Eſſex Bedewell, quam Hubertus de Aneſtia tenet per . II. milites, & Claretta, quam heredes Radulfi de Cornhull tenet per . I. militem & . III. [6] quart', Geldham, quam Comes Albricus tenet pro . II. militibus & . I. quart'. [7] D. feod̄ Pharam de Bolon . VI. milit. modo [8] Sibill de Feſnes. inde habetur in Eſſex̄ Lamburn̄ pro . II. militibus, & [9] Fiſhid, & la Blakehull, & Lagefare, & . I. membrum, quod Radulfus de [10] Marci tenet, & quædam pars in [11] Herlane, quam Gilbertus tenet, & quædam pars in [12] Wittham, quam Templarii tenent. omnes iſtæ particulæ per . II. milit'. & in Herdfordſcire Alfladeſworth̄ & Hichinton̄. & in [13] Cadtebr Cotes, & in villa de [14] Cantebr quoddam Soccagium. omnes iſtæ particulæ pro . II. militibus.

De feod̄ Baldewini de Dudauvill . V. milites. inde in Huntedoneſire Glatton̄ [15] c̄ quodam membro in Hulmo, pro . VI. militibus.

De feod̄ Willelmi de [16] Norwic̄, modo Roberti filii Rogeri . VII. milites. Inde habetur in Norffolcia,

1 *L.* Monachi. 2 Holland *vulgo.* 3 Lawford. 4 Marſey *vel* Merſey. 5 *Hoc eſt,* feodis *vel* feodo. 6 Quarteria *vel* quartas. 7 *L.* De. 8 *Id eſt,* Sibillæ. 9 *F.* Fiſhid, *ut idem ſit quod* Fyſeild. 10 Marſey. 11 *F.* Herlaue, *ut idem ſit atque* Harlow. 12 Witham. 13 *Id eſt,* Cantebrigg ſcire. 14 Cantebrigg. 15 *L.* cum. 16 *Vel* Norwico.

Thorp̄,

Thorp̄, Gwidon̄, [1] Andeḡ, & [2] Moſſingham, & [3] Ane-mere, & [4] Frenge, & Wichingeham, pro . VI. militibus. & in Eſſex̄ [5] Chiſhulle per . I. militem.

De feod Roberti de Lucy . V. milites. inde in Eſſex̄ tenet Milo de Sumeri Dudenhalele cum Crawele pro . V. militibus. Sed negat . I. militem. Feod Baldewini de Eſtrewic . V. milites. inde Radulfus de Roveceſtre in Eſſex̄ Reuhall; & in [6] Hertford, [7] Berekwcie & [8] Niweſell; * & in Suff: Hareſwell & Cukelworthe. * 152
omnes iſtæ particulæ pro . V. militibus. De feod Gervas de Cornhulle & Radulfi de Aeſted . V. milites. inde in [9] Surr̄.

De feod Hugonis Triket . V. milites. [10] in Sim̄ Triket. inde habetur in Bedefordſcire [11] Sartibroc, & in [12] Hertford. [13] Ritth . I. milit. & Berkeden dim. milit. & Cornheie. in Eſſex̄. I. [14] hidā terræ in Lagefare, & in [15] Makinḡ. II. [16] Sakeman̄ & [17] Foxhall & [18] Frienton̄; & in [19] Suffolcia, Egham. in hiis partibus pertiti ſunt . IIII^{or}, milites.

---

1 *Idem, ni fallor, quod hodiernum* Antingham. 2 Walſingham. 3 *Vel* Anmer. 4 Fringe. 5 Chiſhill. 6 *Id eſt*, Hertfordſcire. 7 *Sic. Malim*, Berekweie, *ut idem ſit quod* Barkway. 8 Newſells. 9 *Aliquid (ut videtur) deſideratur.* 10 *F.* in Simone Triket. 11 Sharnbrook. 12 Hertfordſcire. 13 *Hodiernum (ni fallor)* Reed. 14 *Id eſt*, hidam. *Sed legend.* hida. 15 Mucking. 16 *Id eſt*, Sakemanni, *vel potius*, Socmanni. Socmannus *autem* "Tenens "ſeu Vaſſallus, qui domino ſuo inſervit, in exercenda agricultura, "ſeu qui fundum *per ſoccagium* poſſidet, hoc eſt, per aratrum, *par le* "*ſoc de la charue, ſeu par ſervice de charue*, ut habet Raſtallus. Eſt "enim ſoc, *aratrum*, man, *homo*. DU FRESNIUS. 17 *Idem forſitan, quod nunc* Forhard *vel* Foxearth. 18 Frinton. 19 Surreia *forte repoſuerit nonnemo.*

Hu-

: Templarii & anonici Leiceer & Prior de Newenham.

Hugo Triket Sartibroc pro. I milite, quam Canonici de Bedeford tenent. Ruth per . I. militem, quam Johannes f. [1] Bernard tenet, cum filio Walteri de Kauſne. Berkedene pro dimidio milite, quam Hubertus de Anaſteia tenet. Cornheia dimid. milit. quam Canonici Sanctæ Trinitatis tenent. Edburgetoden cum medietate Laeſare. Triket dimid. mil. quam Alexander de Britlingſeie tenet. Frienton pro . IIIIta. parte, quam Johannes, filius Bernard.

Et Templarii.

[2] Audeham. I. mil in Suffok, quam Comitiſſa Oxon.

Hegham pro IIIIta. parte militis, quam Monachi de Coleceſtre tenent, & quieti ſunt per Cartam Regis.

De feod Comitis Rogeri . IIII. milit. in Eſſex parva Nutlege & parva Stanford juxta Angr, quam juſticiarius tenet. negat . I. milit.

De feod Bernardi de Bailloll . IIII. milit. Inde Gilbertus de Laſcy in Eſſex, Niveham juxta Waleden.

De feod Roberti de Wias . IIII. milites. Inde Robertus Treſgoz in Sumerſat Lokiggeſton, quam Gervaſius de Sperkeford tenet per . I. militem, & Brienne, & Ennuch & Lecheſwithe, in eodem Comitatu.

De feod Ricardi de Luci . IIII. milites. Inde G. filius Petri, in Eſſex Angr, Stanford, & Rohing, & [3] Criſteſhall.

De feod Hervici de Tornebu . III. milites. Inde in Eſſex Briche [4] exacta eſt & Eſtorpe eſcaeta, quam Willelmus Blundus de Londonia tenet ad firmam.

De [5] eod Hub de Aneſtia. III. milites. Inde in [6] Hertford, Aneſtia, [7] Horſmade, Brakinge.

1 *Sive* Bernardi. 2 Aldham. 3 Criſſall *ſive* Criſſall, *ut videtur, hodiernum.* 4 *F.* excaeta. 5 *F.* feod Huberti de. 6 Hertfordſcire. 7 Hormead.

De

De feod̄ Henrici de [1] Merc . III. milites. Inde in Eſſex̄ [2] Berdefeld, Latton̄, [3] Sortgrave juxte Newporte, & [4] Finchingeſ, quam Petrus Falelmi tenuit, & Weſton̄ juxta Clare, & [5] Runewell, quam Euſtachius Salvagius tenuit.

De feod̄ Gaufridi de Fercles . III. milites. Inde in Eſſex̄ [6] Alleford, & in [7] Grantebr̄ Granteſet̄ cum quodam pertinente in Cotes, & in Suff: [8] Elneden & [9] Stavefeld.

De feod̄ Radulfi de la Niwelande . II. milites. Inde in Eſſex̄ la Niwelande & Lutewid̄ per . II. milit.

De feod̄ Simonis de Merc Ingeram . II. milites. Inde in Eſſex̄ Dunmawe, Runewelle, Stanemere, & Dameſdon, & Fodewicbroc̄, & Baneſted, quam Gilbertus tenuit, & in eadem villa . IIII[ta]. pars unius militis, quam Johannes Flandrenſis [10] ten̄. [11] exacta pro felonia. modo Radulfus, filius Nicolai, de dono R. H.

De feod̄ Emmæ de Cantelo . II. milites. Inde in Eſſex̄ Smetindon, & quoddam membrum in Pebenhers, & in Suff: [12] Fineberge & [13] Fukeſhall, quam heredes Adæ de Kokell tenent.

De feod̄ Ermegard Malkrell . II. milites. Inde in Eſſex̄ Colun & Legre, quas Prior S. Botulfi de Coleceſtre tenet pro feodo . I. militis, & Bilcho & Horſheia in Hundredo de Tendringe, quas [14] Abb̄ de S. [15] Oſicha tenet pro . I. milite.

1 Merſey. 2 Bradfield. 3 Shortgrave, 4 Finchingfield *hodie. Et quidem ita proculdubio hîc eſſe legendum judicarim.* 5 Rumwell. 6 Alisford. 7 Grantebriggſhire. 8 Elveden. 9 *Potius,* Stanefeld, *ut idem ſit atque hodiernum* Stanfeild. 10 *F.* tenuit. *Et tamen* tenet *malim.* 11 *F.* excaeta. 12 Fimbarrow. 13 Foxall. 14 *Id eſt,* Abbas, *niſi* Abbatia *malis.* 15 *L.* Oſitha.

2 De

De feođ Arnulfi Anglici. II. milites. Inde in Eſſex̄ Mereſeia, quam Walterus de Haia tenet pro. I. milite; & Legre, quam Roheſia de Haia tenet pro tribus partibus militis. Et in [1] Theia. IIIIta. pars unius militis, quam Walterus Anglicus tenet.

De feođ Johannis de Merc. II. milites. Inde in Huntendon̄ [2] Walmeford, Sibinton̄ & Seebinton̄, pro. I. milite, & in Eſſex̄ Eſtdmulande & Blunteſhall pro. I. milite.

De feođ Reimfridi de Criketot. I. milit. Inde in Suff. [3] Ovefdon̄ pro. I. milite.

De feođ Willelmi de Withſand. I. milit. [4] in Eſſex̄ [5] Perendon̄.

De feođ Hugonis de Boeſteđ. I. milit. in Boeſted.

* 153 De feođ Johannis de * Borham. I. milit. Inde in Eſſex̄ [6] Borham, & [7] Badewe, & Waltham, cum quodam membro de Runewell pro. I. milite.

De feođ Aſulf Malegreff. I. milit. in Eſſex̄ in [8] Horingedon̄.

De feodo Aluridi de Bouton̄. I. milit. [9] in Kent Bouton̄.

De feođ Willelmi de Merc. I. milit. Inde in Eſſex̄ Mereſeia, & Eldeveia, & [10] Dumland̄ [11] tot pro. I. milite. Alexander de Brithelingſeie tenet inde dimidium militem, quod Prior de Bikenacre tenet de eodem.

Engelram. De feođ̄ [12] Guarim, f. Geroldi. I. milit. Inde in [13] Cantebr̄. I. membrum de [14] Gamenegeia pro. I. mi-

1 Tey. 2 Walmeſford. 3 Ovildon. 4 *Sic.* 5 Parndon. 6 Boreham. 7 Baddow. 8 Horndon. 9 *F.* inde in. 10 Donyland. 11 *F.* totum. 12 *F.* Guarini. 13 Cantibrigg ſcire. 14 Gamlingay.

I. milite. De feod W. f. Othonis. I. mil. in Eſſex̄ in Boleham.

De feod Ogeri de Curcuñ. I. milit. in Eſſex̄ Condrinḡ &[1] Fifid,[2] ē quodam membro de Dunland,[3] tot[5] pro. I. milite.

De feod Henrici de Holt. I. milit. Inde in Eſſex̄ [4] Toleſbir̄.

De feod de Gewinget. I. milit. in [5] Meſſebir̄, quam Canonici de Sancto Martino [6] tenet, & Plaſſingho, quam Hubertus de Aneſtia tenet, & . I. membr. in [7] Ceia, quod Canonici Sanctæ Trinitatis Londoniæ [8] tenet.

De terra Cunigar̄. I. milit. Inde in Eſſex̄ [9] Belgham, quam Thomas de Danmartin tenet, &[10] Copefeld, quam Albricus de Wika tenet.

De feod Willelmi Martell̄. I. milit. inde Teia, quam Robertus f. Walteri tenet, [11] St̄ [12] Chawetoñ in Sumerſete. De terra, quæ fuit Salomonis. V^{tam}. partem unius militis. Inde Hugo, filius Aſcelini, in [13] Tillebir̄ juxta Clare.

De feod Comitis Willelmi. IIII^{ta}. pars unius militis. Inde in Hertford Stokes.

De feod Abbatiſſæ de Berkinge Havekisbir̄ pro tribus partibus. I. militis in Eſſex̄.

De feod Aſcelini de Abintoñ. I. milit. Inde Abintoñ in [14] Cantebr̄ pro uno milite.

De feod Willelmi Ruffi dimid. in Baſſingeburn. Robertus de Wilmintoñ tenet in parochia de Boctoñ in

1 Fyfeld. 2 *L.* cum. 3 *F.* totum. 4 Tollesbury. 5 Walth-bury. 6 *L.* tenet. 7 *L.* Teia. 8 *L.* tenent. 9 Beauchamp. 10 *Potius*, Topefeld, *ut idem ſit cum hodierno* Topesfield. 11 *F.* ſicut. 12 Chewton. 13 Tilbury. 14 Cantebrigg ſcire.

Kent. I. jugum &. I. virgatam terræ per Serianteriam. Et reddit ind e. V. ſolidos annuatim. Stocke in [1] Hen-fordſire tenet Comes de Mandevill per quartam partem. Galfridus de Querendam de eo.

Dominica de prædicto honore data T. [2] Rūangle in Hertford, quæ valet. LX. li. & Benediſſe in Eſſex̄. XV. li. [3] Abb̄ de Faverſham, [4] Iclinton̄ in [5] Cantebr̄, Rogerus de Luci tenent. XV. li. fratres de Muntmorilun. VI. li. XIII. s. [6] IIII. đ. Moniales de Iclinton̄. L. s. Radulfus Brito ibidem. L. ſolidos. Abbas de [7] Candre quartam partem militis. In eadem villa tenent fratres de Derham dimidiam hidam. In eadem villa tenet Robertus Hovel. L. ſolidos terræ per [8]. IIII. d. redđ ad Scacarium cum filia & herede Thomæ Britonis.

[9] Mordon̄ in Cantebr̄. XXX. li. Hubertus de Cremeis de eiſdem pertinentiis. Codreie, quam Willelmus de Ken tenet, & Clopton̄, quam [10] Abb̄ de Leſnes tenet. XXXV. l.

[11] Bukebroc in Norhanteſcire, quam milites Ricardi tenuerunt, modo Comes Ceſtriæ. [12] Gamenegheia va-

1 *Vulgo* Hereford-ſhire. *Vide ſupra, p.* 299, 300. 2 *Sic.* 3 *Id eſt,* Abbatia *ſive* Abbas. 4 Ickleton. 5 Cantebrigg ſcire. 6 *Sic.* 7 *Sic. Idem (ut videtur) cum* Chatteriz. 8 *Id eſt,* quatuor denariorum redditum. 9 Morden. 10 *Hoc eſt,* Abbas *ſive* Abbatia. 11 Bugbrook. 12 Gamlingay.

let. XXX. li. inde tenent heredes Rogeri, f. Reimfridi. X. li. Ricardus Avenell. X. li. heredes Gervas de Cornhull. X. li.

[1] Weklueſted in Surreia. XXIIII. li. quam Reginaldus de Luci tenuit, modo Odo de Danmartin. Nutfeld de eodem Comitatu, quam Canonici de Sancto Wlmero tenuerunt, modo Hubertus de Aneſtia tenet. [2] Weſtreham in Kent [3] c pertim, & [4] Fobinges in Eſſex [5] c perti, quas Comes de Kanvill tenet.

LLillechirche in Kent, quam [6] Moniales tenent, & Bocton ibidem, quam Alulfus de Bocton tenet. Martok in Sumerſett [7] c pertim. XV. li. quam heredes Pharami de [8] Bolon tenent.

Cogeſhall in Eſſex, quam Monachi tenent. Witham in Eſſex, quam Templarii tenent, & Lacſare. VIII. li. quam Willelmus, filius Aleni, tenet. Langeho in Eſſex. XV. li. quam * [9] Heb de Luci. Bracehing in * 154
[10] Hertford, quam Canonici . . . . London tenent pro. III[a]. parte. I[us]. militis. Et . . . . de la Rokell ten. C. ſolidos. Et ſuper plus tenet Hubertus de Aneſtia, quod pertinet ad milites ſuos.

1 Walkhamſted. 2 Weſtram. 3 *L.* cum pertinentiis. 4 Fobbing. 5 *L.* cum pertinentiis. 6 *Alii autem prodiderunt,* Lille Cherche *fuiſſe cænobium monachorum ordinis S. Benedicti. Vide Tanneri Notit. Mon. p.* 104. 7 *L.* cum pertinentiis. 8 *F.* Bolonia. 9 *Id eſt,* Heber. *Sed legend. potius* Herebertus. 10 Hertford ſcire.

Memorandum -- -- -- Item feoda honoris Boononiæ per Stephanum de Segrave, cuſtodem de Scutagio de [1] Bohm dim. ℞. VIto. R. H. filii Regis J. in item Eſſex in fine.

1 *Id eſt*, Boham [*ſed legend. forſitan* Bokingham] dimidio Rotulo ſexto Regis Henrici, filii Regis Johannis.

VOL. I.

ELENCHUS CONTENTORUM.

CHARTÆ Villæ de Kingſton in Com' Surr' conceſſæ, viz.

Charta regis Edwardi quarti *397

Charta Elizabethæ reginæ *409

Charta Caroli regis *418

Lett. Pat. de anno 9° *regis Johannis, n.* 24. *461

Pat. de anno 17 *Johannis, de Jocalibus per manum Walerandi Tetonici & Hugonis de Bathonia a rege receptis* *462

Ex compoto magnæ garderobæ anno 28° *regis Edwardi primi, Jocalia remanentia in fine anni viceſimi ſeptimi ejuſdem regis, de jocalibus receptis de domino W. de Langeton, de jocalibus regis remanentibus in cuſtodia ejuſdem domini Willielmi, tempore quo fuit cuſtos garderobæ regis* *463

Pro cancellario & univerſitate Oxon. ut recedent a dicta villa, quia rex magnates regni ad concilium illuc convocaſſet anno 48 *Hen.* 3. *465

Pro cancellario & univerſitate Oxon. ut ſcholares ad predictam villam reducerentur, anno 48 *Hen.* 3. *466

Annullatio conceſſionis de univerſitate apud Northampton habenda, anno 49 *Hen.* 3. *468

De univerſitate Pariſiis Pat. anno 13 *Hen.* 3. *469

LITERÆ

ELENCHUS CONTENTORUM.

LITERÆ PATENTES, &c. DE ÆDIFICATIONE ET SUSTENTATIONE PONTIS LONDON', viz.

Rot. Pat. anno 3 Johannis, m. 2. n. 9. *470

Rot. Clauſ. anno 15 Johannis, m. 3. *471

Pro magiſtro hoſpitalis Sancte Katherine juxta Turrem London' ibid.

Pro regina Angliæ, Rot. Pat. anno 54 R. Hen. 3. m. 4. n. 11. *472

De ſubvention' fac' reparation' Pontis Lond', Rot. Pat. anno 9° R. Edwardi 1mi, m. 27. ibid.

De reparatione Pontis London', Pat. anno 10 Edw. 1mi, m. 18. *474

Pro majore & communitate Civitatis London', Pat. 10 Edw. 1, m. 11. *475

De conſuetudinibus capiendis ad reparationem Pontis London', Pat. 10 Edw. 1, m. 9. *476

De nunciis ſubſidia pro operibus Pontis London' querentibus admittendis, Pat. 14 Edw. 2, p. 1. m. 19. *477

Pontagium London', Rot. Pat. anno 34 R. Edwardi 1mi, m. 25. *478

Pro cuſtodibus Pontis London', Rot. Pat. anno 17 R. Edwardi 2di, p. 2. m. 9. *482

Pro Walto Feſecok officium janitoris Civitatis London', Rot. Pat. anno 8vo R. Ricardi 2di, p. 2. m. 22. *486

CARTA.
REGIS EDWARDI QUARTI VILLÆ DE KINGESTON IN DOM. SURR. CONCESSA

Anno Regni Viceſimo.

[Ex. Rot. Pat. de eodem anno.]

EDWARDUS Dei gratia Rex Anglie et Francie et Dominus Hibernie Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus Prioribus Ducibus Comitibus Baronibus Juſticiariis Vicecomitibus Prepoſitis Miniſtris et omnibus Ballivis et fidelibus ſuis *Salutem*. Johannes Rex.

CUM JOHANNES nuper Rex Anglie Progenitor noſter per Literas ſuas Patentes quarum dat. eſt viceſimo tertio die Septembris Anno Regni ſui decimo conceſſerit liberis hominibus ſuis de Kyngeſton Villam ſuam de Kyngeſton cum omnibus pertinentiisſuis ad Feodi Firmam habend. et tenend. eis et Heredibus eorum de ipſo nuper Rege et Heredibus ſuis in manu ſua imperpetuum integre cum omnibus Libertatibus et liberis conſuetudinibus quas eadem Villa habere conſuevit et debuit tempore quo fuit in manu ipſius nuper Regis Reddend. inde ad Scaccarium ſuum per manum ſuam annuatim Quinquaginta Libras Argenti ſcilicet Medietatem ad Scaccarium Paſche et Medietatem ad Scaccarium Sancti Michaelis de quibus Quinquaginta Libris pacarent Viginti et Octo Libras et decem Solidos blancos que fuit antiqua firma et reſiduum pacarent

numero et noluit ipſe nuper Rex quod vicecomes vel Ballivi ſui ſe in aliquo intromittent in predicta Villa vel pertinentiis ſuis vel de predicta firma Salvis hiis que ad Coronam Regiam pertinebant QUARE voluit et firmiter precepit idem nuper Rex quod predicti homines de Kyngeſton et heredes eorum haberent et tenerent ad Feodi Firmam predictam Villam de Kyngeſton cum omnibus pertinentiis ſuis imperpetuum bene et in pace libere et quiete integre plenarie et honorifice in omnibus locis et rebus cum omnibus Libertatibus et liberis conſuetudinibus ad illam pertinentibus prout in Literis illis plenius continetur Cumq. etiam Dominus Henricus nuper Rex Anglie tertius Progenitor noſter per Literas ſuas Patentes quarum dat. eſt tertio die Septembris Anno Regni ſui Quadrageſimo conceſſerit et confirmaverit pro ſe et Heredibus ſuis liberis Hominibus ſuis de Kyngeſton predictis quod ipſi et eorum Heredes imperpetuum haberent retorna Brevium ſuorum de ſummonicione Scaccarii ſui et omnium aliorum Brevium ſuorum Villam ſuam tangentium ita quod nullus Vicecomes vel alias Ballivus aut Miniſter ſuus predictam villam ingrederet ad diſtricciones ſummoniciones ſeu aliqua alia faciend. niſi per defectum eorundem Hominum aut Heredum ſuorum Conceſſerit etiam ipſe nuper Rex eiſdem hominibus quod ipſi et heredes ſui homines ejuſdem Villæ de ſeipſis eligere poſſint et creare Coronatores ad Attachiamenta placitorum corone ſue infra predictam Villam emergen. et faciend. et reſponderent coram Juſticiariis ſuis Itinerantibus in partibus illis de Attachiamento per ipſos facto et aliis ad officium Coronatoris pertinentibus ſicut

Henricus Tertius.

Eleco. Coronator.

ſicut alii coronatores ſui reſpondere debuerant et ſolebant Et quod predicti homines ſine precepto ipſius nuper Regis Henrici non implitarent vel compellarent ad placitand. extra villam ſuam de aliquibus Tenementis ſuis vel Catallis ſuis que haberent infra villam ſuam vel de aliis placitis exceptis tranſgreſſionibus ſi quas ipſi Henrico nuper Regi vel Heredibus ſuis ab eis fieri contigiſſet Conceſſerit etiam eiſdem hominibus de Kyngeſton quod haberent Gildam ſuam Mercatoriam in villa ſua ſicut eam prius habuerunt et ſicut Homines ipſius nuper Regis de Guldeford habuerunt Et quod ea utent una cum omnibus Libertatibus et juſtis Legibus et conſuetudinibus ſuis quas habuerunt in villa ſua predicta ſicut uſque tunc uſi fuerant tempore dicti Henrici nuper Regis et temporibus predeceſſorum ſuorum Regum Anglie et quod iidem Homines pro tranſgreſſionibus ſeu forisfacturis Servientum ſuorum bona et Catalla ſua in manibus ipſorum inventa aut alicubi locorum per ipſos ſervientes depoſita quatenus ſua eſſe ſufficienter probare potuiſſent non amittent Et etiam ſi dicti Homines aut eorum aliqui infra terram et poteſtatem ipſius Henrici nuper Regis Teſtati deceſſiſſent vel Inteſtati ipſe dictus Henricus nuper Rex vel Heredes ſui bona ipſorum confiſcari non facient quin eorum heredes integre ipſa haberent quatenus ipſa Catalla ipſorum defunctorum fuiſſe conſtiterit dum tamen de dictis Heredibus notitia aut fides ſufficienter haberent Quare ipſe Dominus Henricus nuper Rex voluit et firmiter precepit pro ſe et Heredibus ſuis quod predicti liberi Homines ſui de Kyngeſton et Heredes ſui imperpetuum haberent omnes Libertates et quietantias

ſupradictas et quod eis libere et ſine impedimento alicujus de cetero extunc utent imperpetuum ſicut predictum eſt prout in Literis patentibus illis plenius continetur Ac cum HENRICUS nuper de facto et non de Jure Rex Anglie QUINTUS per Litteras ſuas patentes quarum dat. eſt primo die Marcii Anno Regni ſui Octavo inter alia conceſſerit predictis liberis hominibus dicte ville de Kyngeſton et eorum Heredibus et Succeſſoribus Villam predictam una cum omnibus predictis Libertatibus et quietantiis imperpetuum reddend. ipſi nuper Regi et Heredibus ſuis per Annuos terminos Paſche et Sancti Michaelis viginti et ſex Libras tam de predicta ſumma Quinquaginta Librarum Et inſuper pardonavit et relaxavit et quietum clamavit pro ipſo nuper Rege et dictis Heredibus ſuis prefatis liberis hominibus, Heredibus et Succeſſoribus ſuis imperpetuum Viginti et quatuor Libras annuas de predicta ſumma quinquaginta Librarum reſiduas ipſoſque de eiſdem viginti et quatuor Libris annuis duxerit exonorandos imperpetuum prout in Literis illis plenius continetur Ac cum inſuper HENRICUS nuper de facto et non de Jure, Rex Anglie SEXTUS per Literas ſuas Patentes quarum dat. eſt decimo Octavo die Martii Anno Regni ſui decimo nono inter alia conceſſerit prefatis liberis Hominibus Heredibus et Succeſſoribus ſuis quod Clericus Mercati ſui officium ſuum de cetero extunc infra predictam Villam de Kyngeſton ſeu Libertatem ejuſdem ville non occuparet vel exerceret aut exſequi occupari ſeu exerceri faceret quoviſmodo ſed quod ijdem liberi homines ejuſdem ville Heredes et Succeſſores ſui haberent Correccionem aſſiſe Panis et

Henricus Quintus.

Henricus Sextus.

Cerviſie

Cerviſie infra villam predictam et Libertatem ejuſdem Ville fact. ſeu faciend. Ac etiam quod haberent occupationem et Exercitium omnium aliarum rerum Officium Clerici mercati aliqualiter tangentium cum finibus exitibus et Amerciamentis adeo integre prout Ville de Wycombe et Wyndeſore vel aliquis alius Burgus infra Regnum Anglie ad tunc habuerunt prout in Literis illis plenius continetur NOS autem omnes Donaciones Conceſſiones Libertates Francheſias pardonationem Remiſſionem quiet. clamat. et exoneracionem predict. ratas habentes et gratas eas pro nobis et heredibus noſtris acceptamus ratificamus approbamus et confirmamus quantum in nobis eſt et eas prefatis hominibus Heredibus et Succeſſoribus ſuis Concedimus et Confirmatus Et licet ipſi vel eorum anteceſſores aut predeceſſores aliqua vel aliquibus Donationibus conceſſionibus confirmacionibus Libertatum et quietantiarum aut aliorum in dictis Literis et Cartis contentorum hactenus plene non uſi ſive abuſi fuerint ijdem tamen liberi Homines et eorum Heredes et Succeſſores ejuſdem et eorum quodlibet decetero plene gaudeant et utant imperpetuum ſine occaſione vel impedimento noſtri vel Heredum noſtrorum Et ulterius cum dicti Homines habeant ipſique Anteceſſores et Predeceſſores ſui virtute dictarum Literarum ſive Carte dicti Regis Johannis Progenitoris noſtri a tempore Confeccionis earundem Literarum patentium habuerint ac habere et gaudere uſi fuerint infra Villam predictam ac Libertatem ejuſdem quandam Curiam quolibet die Sabbathi coram Ballivis et Seneſchallo ville predicte pro tempore exiſtente in eadem Villa tenend. ac poteſtat. Audiend. et

terminand.

terminand. omnia placita de debito convencione compoto tranſgreſſione et aliis contractibus et rebus perſonalibus quibuſcunque per querelas in Curia illa affirmat. et defend. in hujuſmodi placitis per ſuum Attachiamentum et arreſt. corporum ſuorum ob eorum inſufficien. per Concilia proceſſus et Judicia et execuciones Judiciorum quibus hujuſmodi Acciones ad communem Legem habent determinari deduceri et determinare nec non infra villam et Libertatem predict. domin. ejuſdem Ville et Hundred. de Kyngeſton et Emelbrigge que a tempore quo memoria Hominum non exiſtit extiterunt pertinen. Ville predicte habuerunt omnimod: Eſcaet. et forisfacturas terrarum et tenementorum bonorum et Catallorum Theſaurum inventum deodanda bona et Catalla vocata manu capta Catalla felon: de ſe dampnator. convictor. Attinctor. Utlagator: Bannator. Waviat. et in exigendis pro felonia poſitor. Catalla confiſcata annum diem vaſtum extrapamentum nec non omnia exitus fines amerciamenta redempciones et penas omnium hominum reſidentium et non reſidentium infra villam et Libertatem Dominicum et Hundredum predict. eorum Seneſchallo et Mareſchallo Hoſpitii noſtri Progenitororum et Predeceſſorum noſtrorum ac Juſticiariis noſtris Progenitororum Predeceſſororum noſtrorum ad pacem in Comitatu Surrie adjudicat. et forisfact. pro quibuſcunque Offenſis tranſgreſſionibus ſeu aliis cauſis quibuſcunque infra Villam Libertatem Dominium et Hundredum illud emerg. contingen. uſque jam tarde quod ipſi homines per aliquos Officiarios noſtros et aliquorum Predeceſſorum noſtrorum in Comitatu predicto de aliquibus inde impediti fuerint interupti et

Deodand. Bon. Felon. Fugitiv. et Waviat. et fugitivor. felon.

et intricati propter obſcuritatem et ambiguetatem verborum generalium in dicta conceſſione dicti Regis Johannis progenitoris noſtri ſpecificat. in ipſorum hominum dampnum et prejudicium non modicum NOS conſiderantes qualit. inhabitantes in predicta Villa de Kyngeſton per ſolutionem feodi firme Ville illius ac per magnos rabioſos ſuperundaciones et fluxus aquarum jam tarde in Villa illa habitos et alia onera eidem Ville incumbentia dampnificat. deteriorat. et in tanto depauperat. exiſtunt quod ipſi firmam illam nobis et Heredibus noſtris perſolvere. et alia onera ville predicte incumbentia ſupportare nequiunt nec in futuro valebunt niſi gratia noſtra eis in hac parte exhibita ut . . . . ipſorum hominum . . . . Nos volentes ipſos homines Heredes et Succeſſores ſuos omnibus premiſſis plene quiete habere uti et gaudere ac omnes hujuſmodi ambiguitatem et obſcuritatem verborum et terminorum in Conceſſionibus predictis content. penitus deleri et evacuari et cum ipſis hominibus ulterius agere gratioſe de gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia noſtris conceſſimus et concedimus et confirmamus pro nobis et Heredibus noſtris per preſentes liberis hominibus Ville de Kyngeſton predicte quod ipſi ſint unum Corpus in re et nomine et una Communitas perpetua Corporata de duobus Ballivis ville illius et hominibus ejuſdem Ville
Et habeant Succeſſionem perpetuam et ipſi et Succeſſores ſui per nomina Ballivorum et liberorum hominum Ville de Kyngeſton ſuper Thamis in Comitatu Surrie nuncupent nominent et appellent et per nomina illa implitare et implitari reſpondere et reſponderi poſſint in quibuſcunque Curiis noſtris et

Heredum

Heredum noſtrorum et aliorum quorumcunque Et quod predicti Ballivi et liberi homines Ville illius et Succeſſores ſui ſint perſones habiles et capaces in Lege ad perquirend. terras et Tenementa ſibi et Succeſſoribus ſuis in Feodo et perpetuitate Et habeant Sigillum Commune pro rebus et negotiis ipſos Ballivos et homines tangen. et concernen. deſerniter Et de tempore in tempus pro ſano regimine et gubernacione ville illius infra eandem villam Ordinaciones et Statuta facere poſſint et Ordinare Et ulterius conceſſimus et concedimus et confirmamus pro nobis et heredibus noſtris prefatis Ballivis et hominibus Heredibus et Succeſſoribus ſuis quod ipſi infra Villam Libertatem Dominium et Hundredum predict. ac membra eorundem habeant omnimod. Eſcaet. et forisfactur. terrarum et Tenement. Theſaurum inventum deodanda ac omnia et omnimoda bona et Catalla vocat. manucapta bona et Catalla omnium hominum integre tenentium et non integre tenentium reſidentium et non reſidentium infra predictam villam et Dominium de Kyngeſton et Hundredum ac membra et pertinen. eorundem felon. Fugitivorum felon. de ſe dampnatorum ſeu pro quacunque cauſa convictorum attinctorum Utlagatorum Bannatorum Waviatorum et in exigend. pro felonia poſita catalla confiſcat. et confiſcand. omnium hujuſmodi hominum tenentium reſidentium et non reſidentium Eſcapia felon. nec non annum diem vaſtum et Eſtreppamentum infra villam Membra et pertinent. illa et omne id quod ad nos vel heredes noſtros de hujuſmodi Anno die vaſto Eſtreppamento aut aliquibus aliis ſive aliquo alio premiſſorum pertinet ſive pertinere potuit Ac etiam

etiam omnia et omnimoda exitus fines amerciamenta redempciones penas et forisfacturas de omnibus hujuſmodi hominibus tenentibus reſidentibus et non reſidentibus aut per eorum aliquem in Curiis noſtris et heredum noſtrorum tam coram Juſticiariis noſtris et heredum noſtrorum ad pacem in Comitatu Surrie conſervand. et ad quecunque felonias tranſgreſſiones malefacta in Comitatu illo audiend. et terminand. aſſignand. quum aliis Juſticiariis ſive Commiſſionariis quibuſcunque noſtri et heredum noſtrorum in Comitatu illo ac coram Seneſchallo et Mareſcallo Hoſpitii noſtri et heredum noſtrorum forisfaciend. perdend. amittend. imponend. faciend. ſubeund. afferand. ſive aſſidand. ullo modo Ita quod ſiquis dictorum hominum tenentium reſidentium et non reſidentium aliquod delictum fecerit ſeu fugerit et in judicio ſtare noluit pro quo ipſe vitam vel membrum vel bona et catalla ſua amittere debeat ubicunque Juſticia de eo fieri debeat ſeu aliquem hujuſmodi hominum tenentium reſidentium et non reſidentium in Curiis predictis ſive earum aliqua Exitus fines Amerciamenta redempciones penas et forisfacturas forisfacere amittere facere perdere ſeu ſubire contigerit omnia predicta bona et Catalla Eſcaetæ forisfacturæ exitus fines Amerciamenta redempciones penæ et forisfacturæ ſint dictorum Ballivorum et hominum dicte Ville de Kyngeſton et Succeſſorum ſuorum Et quod liceat eiſdem Ballivis et Hominibus et Succeſſoribus ſuis per ſe et Miniſtros ſuos omnia hujuſmodi Eſcaetas forisfacturas Theſaurum inventum deodanda bona et Catalla exitus fines Amerciamenta redempciones penas et forisfacturas capere ſeiſire levare percipere et habere

ad eorum uſum et ſe inde in ſeiſinam ponere quamque hujuſmodi bona et Catalla per aliquos Officiarios ſive Miniſtros noſtris et Heredum noſtrorum antea capt. ſeiſit. ſeu habit. fuerint Habend. eiſdem Ballivis et hominibus et Succeſſoribus ſuis in Auxilium firme ſuæ predictæ abſque impetione inquietatione moleſtacione ſive impedimento noſtri aut Heredum noſtrorum aut Juſticiariorum Vicecomitum Eſcaetorū Coronatorum ſive aliquorum aliorum Officiariorum ſive Miniſtrorum noſtrorum et Heredum noſtrorum quorumcunque Et inſuper concedimus et confirmamus eiſdem Ballivis et hominibus et Succeſſoribus ſuis quod ipſi habere poſſint et tenere infra Villam de Kyngeſton predictam qualibet Septimana videlicet Die Sabbathi cujuſlibet hujuſmodi Septimanæ imperpetuum Curiam tenend. coram ipſis Ballivis et Succeſſoribus ſuis ac Seneſcallo Ville illius pro tempore exiſtente

Et quod in eiſdem Curiis ipſi Ballivi et Succeſſores ſui et Seneſcallus pro tempore exiſtens coram eis omnimoda placita Acciones tum de debito Convencione compoto deceptione detencione tum Cartarum ſcriptorum minumentorum bonorum et Catallorum quam aliarum rerum quarumcunque tranſgreſſione tum vi et armis quam aliter fact. vetito nomine ac aliis rebus in contempt. noſtri et Heredum noſtrorum ac de Statutis et omnibus contractibus materiis et rebus perſonalibus quibuſcunque infra Villam illam ac libertatem ac membra et pertinen. ejuſdem emergend. ſive contingen. licet ſummam quadraginta Solidorum attingant vel excedant per querelas in Curia illa affirmand. audire poſſint et terminare ſecundum legem et Conſuetudinem Regni

Regni noſtri Anglie et defend. in hujuſmodi placitis et accionibus per ſuum attachiament. diſtring. et ob inſufficien. bonorum et Catallorum Terrarum et tenementorum ſuorum per que poſſint ſuum Attacheamentum ſive diſtring. per attachiamenta et arreſta corporum ſuorum in Curia illa in placitum reducere et ea omnia et ſingula ſecundum Legem et Conſuetudinem Regni noſtri predicti audire et per conſimilia proceſſus Conſideraciones Judicia Execuciones Judiciorum deducere diſcutere et terminare poſſent per que Conſilia placita et acciones in Curiis noſtris deducuntur et terminantur

Volumus etiam et concedimus pro nobis et heredibus noſtris prefatis Ballivis et Succeſſoribus ſuis quod ipſi habeant unum vel duos ſervientes Clavam infra villam Dominium Hundredum et Membra predict. portantes ad negocia et precepta ſua faciend. et exequend. Pretereaque volumus et Concedimus prefatis hominibus Heredibus et Succeſſoribus ſuis quod nullus Eſcaetororum noſtrorum et heredum noſtrorum in Comitatu predicto nec Seneſcallus nec Mareſcallus nec Clericus mercati Hoſpitii noſtri aut Heredum noſtrorum ad aliqua officia ſua infra Villam Dominium Hundredum et Membra predict. faciend. exequend. ſive excercend. ingrediantur ullo modo nec ſe inibi intromittant nec eorum aliquis intromittat in aliquo officia ſua predicta concernen. ſive tangen. quoquomodo eo quod expreſſa mencio de vera valore annuo premiſſorum aut de aliquibus donis ſive Conceſſionibus per aliquos progenitorum et predeceſſorum noſtrorum prefatis hominibus anteceſſoribus aut Predeceſſoribus ſuis antea hec tempora fact. in preſentibus facta non

exiſtit aut aliquo ſtatuto Actu Ordinacione ſive Reſtriccione in contrarium inde edit. fact. ſive proviſ. non obſtante abſque fine ſeu feodo in hac parte ad opus noſtrum capiend. ſeu ſolvend. Hiis Testibus venerabiliſſimis Patribus Th. Cardinali Cantuarienſis totius Anglie Primate et Tho. Ebor. Anglie Primate Cancellario noſtro Anglie Archiepis. Venerabilibus Patribus Johanne Lincoln. Cuſtode privati ſigilli noſtri et Edwardo Cirenceſtrenſis Epiſcopis ac precariſſimis filiis et fratris noſtris Ricardo Ebor. Mareſcallo Anglie et Ricardo Glouc. magno Camerario et Conſtabulario Anglie Ducibus nec non Cariſſimis conſanguiniis noſtris Henrico Eſſex Theſaurario noſtro Anglie et Antonio Rymero Capitali Pincerna Anglie Comitibus ac dilectis et fidelibus noſtris Thom. Stanley de Stanley Seneſcallo Hoſpitii noſtri et Willo. Haſtyngs de Haſtyngs Camerario noſtro Militibus et aliis Dat. per manum noſtram apud palatium noſtrum Weſtmonaſter. Viceſimo ſexto die Februarii Anno Regni noſtri Viceſimo

T. WHELER.

Per Literas de privato Sigillo et de dat. predict. Authoritate Parliamenti.

Carta

Carta Elizabethæ Reginæ conceſſa Villæ de Kingſton in Com. Surr. pro Schola Grammaticali.

ELIZABETHA Dei gratia Anglie Francie et Hibernie Regina fidei Defenſor &c. Omnibus ad quos preſentes Litere pervenerint Salutem Sciatis quod nos ad humilem Peticionem dilectorum ſubditorum noſtrorum Balivorum et liberorum Hominum et Inhabitantium Ville noſtre de Kingſton ſuper Thamiſiam in Comitatu noſtro Surrie pro Scola Grammaticali infra Parochiam de Kingſton predictam in dicto Comitatu noſtro Surreie Exigend. et Stabiliend. pro Inſtitucione & Inſtructione puerorum et Juvenum De Gratia noſtra ſpeciali et ex certa Scientia et mero motu noſtris Volumus concedimus et ordinamus pro nobis et heredibus noſtris quod de cetero ſit et erit una Scola Grammaticalis in dicta Villa de Kingſton ſuper Thamiſiam que vocabitur *Libera Schola Grammaticalis Regine Elizabethæ* pro Educatione Inſtitutione et Inſtructione puerorum et Juvenum in Grammatica perpetuis Temporibus futuris duratura Ac ſcholam illam de uno Pedagogo ſive Magiſtro et uno Subpedagogo ſive Hipodidaſculo pro perpetuo continuaturis erigimus creamus ordinamus declaramus et fundamus per preſentes Et ut intentio noſtra predicta meliorem capiat effectum Et ut Terra Tenementa Redditus Revenciones et alia proficua ad ſuſtentationem Scolæ predictæ concedend. aſſignand. et appunctinand. melius gubernentur

tur pro continuacione eorundem Volumus Concedimus et ordinamus pro nobis et Heredibus noſtris quod duo Ballivi Ville predicte pro tempore exiſtente erunt et vocabuntur *Gubernatores poſſeſſionum Revencionum et bonorum dicte Scole vulgariter vocate et vocande libera Scola Grammaticalis Regine Elizabethe in Villa de Kingſton ſuper Thameſiam in Comitatu Surrie* Et ideo Sciatis quod nos aſſignavimus eligimus nominavimus conſtituimus et declaravimus ac per preſentes aſſignamus Eligimus nominamus conſtituimus et declaramus per preſentes dilectos nobis Willm Matſon et Georgium Snelling modo Ballivos Ville de Kingeſton ſuper Thamiſiam predicte fore et eſſe primos et modernos Gubernatores poſſeſſionum Revencionum et bonorum dicte libere Scole Grammaticalis Regine Elizabethe in Villa de Kingſton ſuper Thamiſiam in Comitatu Surrie ad idem Officium bene et fideliter exercend. et occupand. quamdiu in Officio Ballivi Ville de Kingſton predicte fore contigerint et quod iidem Gubernatores in re facto et nomine de cetero ſint et erunt unum Corpus incorporatum et politiquum de ſe imperpetuum per nomen *Gubernatorum Poſſeſſionum Revencionum et Bonorum libere Scole Grammaticalis Regine Elizabethe in Villa de Kingſton ſuper Thamiſiam in Comitatu Surrie* incorporat. et erect. Ac ipſos Willum Matſon et Georgium Snelling Gubernatores Poſſeſſionum Revencionum et Bonorum libere Scole Grammaticalis Regine Elizabethe in Villa de Kingſton ſuper Thamiſiam in Comitatu Surrie per preſentes incorporamus ac Corpus corporatum et politiquum per idem nomen imperpetuum duratur. realiter et ad plenum Creamus Erigimus

Ordinamus

Ordinamus Facimus Conſtituimus et declaramus per preſentes Et Volumus ac per preſentes pro nobis Heredibus et Succeſſoribus Concedimus quod iidem Gubernatores poſſeſſionum Revencionum et Bonorum libere Scole Grammaticalis Regine Elizabethe in Villa de Kingſton ſuper Thamiſiam in Comitatu Surrie habeant Succeſſionem perpetuam Et per idem nomen ſint et erint perſone habiles et in Lege capaces ad habendum recipiendum et perquirendum de nobis Capellam Domos Edificia Cameras ſtructuras Redditos Reverſiones poſſeſſiones Revenciones et Hereditamenta ſubſcript. et inferius ſpecificat. ac alia Terras Tenementa poſſeſſiones Revenciones et Hereditamenta quecunque de nobis ſive de aliqua alia perſona ſive aliis perſonis quibuſcunque Et Sciatis quod nos Intentionem et propoſitum noſtrum in hac parte ad effectum deducere volentes de Gratia noſtra ſpeciali ac ex certa ſcientia et mero motu noſtris dedimus et Conceſſimus Et per preſentes pro nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris Damus et Concedimus prefatis modernis Gubernatoribus poſſeſſionum Revencionum et Bonorum dicte libere Scole Grammaticalis Totam illam liberam Capellam noſtram cum pertinentiis vocatam *Mary Magdalene Chappell in Norbiton in Kingſton ſuper Thamiſiam* predicta in dicto Comitatu noſtro Surrie Ac unum Gardinum noſtrum proximum eandem Capellam jacentem ex Orientali parte ejuſdem Capellæ Ac unam aliam parvam Capellam vocatam *St. Anne Chappell* cum pertinentiis predicte libere Capelle adjacentem Ac unam Cameram plumbo coopertam ſuper eandem Capellam vocatam *St. Anne Chappell* ac Unum parvum Le Studye

infra

infra eandem Cameram Nec non unam aliam Interiorem Cameram cum uno *Le Hawkes Mewe* ſupra eandem Ac quandam parvam Capellam ibidem vocatam *Saint Loyes Chappell* ex parte auſtrali prediĉte Capelle vocatæ Mary Magdalene Chappell Ac unam parvam placeam ſub eadem Capella Ac unam veterem Coquinam Ac quandam Cameram eidem Coquine adjacentem Ac unum Solarium vocatum a Loft ſupra eaſdem Coquinam et Cameram Ac unam aliam Cameram ſub eadem Coquina ex occidentali parte prediĉte Capelle vocatam *Mary Magdalene Chappell* ac ſcituatam trans viam pedeſtrem ducentem a Villa de Kyngſton prediĉte verſus London Ac unum Domum proximam Coquinam prediĉtam Nec non unam Le Yard ex boreali parte prediĉte Capelle vocatam *Mary Magdalen Chappell* Ac unam aliam Le Yard ex parte occidentali ejuſdem Capelle Ac unum Deambulatorium vocatum a Gallery ſupra lez Yards prediĉte ducentem a Camera ſuper prediĉtam Capellam vocatam *Saint Anne Chappell* uſque quendam parvum Locum Et duas Cameras vocatas *The Maſters Lodging* Ac unum Cellarium et quatuor parvas Cameras ſub le *Maſters Lodging* prediĉt. Ac quendam finem cujuſdem Horrei cum particione apud occidentalem finem de veteri Horreo ibidem Ac quoddam Stabulum Scituatum et exiſtentem ad occidentalem finem ejuſdem Horrei Ac unum Columbare noſtrum Nec non liberum ingreſſum et Regreſſum tam ad Columbarium Stabulum et Horreum prediĉt. quam ad omnia alia Loca prediĉte Capelle vocat. *Mary Magdalen Chappell* ſpeĉtant. vel pertinen.

tinen. Que omnia et ſingula premiſſa ſcituantur jacent et exiſtant in Norbiton in Parochia de Kingſton predicta Et que omnia premiſſa prechariſſimus Frater noſter Edwardus ſextus nuper Rex Anglie per Literas ſuas patentes ſub magno Sigillo ſuo nuper Curie Augmentacionis et Revencionis Corone ſue confectas gerentes dat. apud Weſtmonaſter. Viceſimo Sexto die Aprilis Anno Regni ſui primo tradiderit Conceſſerit et ad Firmam Dimiſerit inter alia Ricardo Tabernar Armigero Executoribus et Aſſignatis ſuis ad Terminum et pro Termino viginti et unius Annorum incipiendorum ad Feſtum Sancti Michaelis Archangeli ad tunc proximum futurum Reddend. annuatim dicto fratri noſtro Heredibus et Succeſſoribus ſuis pro eiſdem premiſſis ac pro aliis Meſſuagiis Terris Tenementis et Hereditamentis in eiſdem Literis Patentibus expreſs. et ſpecificat. duodecim Libras et duodecim Denarios legalis monete Anglie ad Feſta Annunciacionis Beate Marie Virginis et Sancti Michaelis Archangeli per equales porciones ſolvend. durante Termino predicto prout per eaſdem Literas patentes inter alia plenius liquet et apparet Damus etiam et pro Conſideracione predicta pro nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris per preſentes Concedimus prefatis modernis Gubernatoribus Poſſeſſionum Revencionum et Bonorum dicte libere Scole Grammaticalis Reverſionem et Reverſiones quaſcunque omnium et Singulorum premiſſorum et cujuſlibet eorundem parcellarum Ac totum illum annualem Redditum noſtrum viginti et unius ſolidorum parcell. predict. Annualis Redditus duodècim Librarum et duodecim Denariorum per predictas Literas patentes dicti fratris noſtri ut prefertur Reſervat. Nec non Redditus Reverciones et An-

nuales proficuas quecunque reſervatas ſuper quibuſcunque Dimiſſionibus et Conceſſionibus de premiſſis ſeu de aliqua inde parcellis quoquo modo factis Adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout aliquis Capellanus Preſbiter vel Incumbens dicte nuper libere Capelle vocat. Mary Magdalen Chapell aut aliquis aliis ſive aliqui alii premiſſa aut aliquam inde parcellam ante hac Habentes poſſidentes aut ſeiſit. inde Exiſtentes eadem aut aliquam inde parcell. unquam habuerunt Tenuerunt vel gaviſi fuerunt habuit tenuit vel gaviſus fuit ſeu habere tenere vel gaudere debuerunt aut debuit Et adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout ea omnia et ſingula premiſſa ad manus noſtras ſeu ad manus precha-riſſimi Patris noſtri Henrici Octavi nuper Regis Anglie vel ad manus dicti fratris noſtri Edwardi Sexti nuper Regis Anglie vel ad manus prechariſſime Sororis noſtre Marie nuper Regine Anglie ratione vel pretextu alicujus Actus Parliamenti ſeu quocunque alio modo Jure ſeu Titulo Devenerunt ſeu devenire debuerunt ac in manibus noſtris jam exiſtunt ſeu exiſtere debent vel deberent Que quidem Libera Capella Camera Horreum Stabulum ac cetera omnia premiſſa cum pertinentiis modo extenduntur ad Clarum annualem valorem viginti et unius ſolidorum HABEND. TENEND. et GAUDEND. predictam liberam Capellam ac predictum annualem Redditum viginti et unius ſolidorum nec non predict. Capellas Domos Edificia Cameras Horreum Stabulum Redditus Reverſiones ac Servicia ac cetera omnia et ſingula premiſſa cum pertinentiis prefatis Modernis Gubernatoribus Poſſeſſionum Revencionum & Bonorum dicte libere Scole Grammaticalis et Succeſſoribus ſuis in perpetuum

TENEND.

Tenend. de nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris ut de Honore noſtro de Hampton Court in Comitatu noſtro Middlx. per fidelitatem tantum in libero Soccagio et non in Capite pro omnibus Redditibus Serviciis et demandis quibuſcunque Et ulterius de ampliori gratia noſtro dedimus et Conceſſimus ac per preſentes damus & concedimus prefatis Gubernatoribus omnes Exitus Redditus Revenciones et proficua predicte Capelle ac cæterorum premiſſorum a Feſto Sancti Michaelis Archangeli ultimo preterito Habend. eiſdem Gubernatoribus ex dono noſtro abſque Compoto ſeu aliquo alio proinde nobis Heredibus vel Succeſſoribus noſtris quoquo modo Reddend. Solvend. vel faciend. Et ulterius volumus ac pro nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris Concedimus prefatis Gubernatoribus et Succeſſoribus ſuis quod de cetero in perpetuum habeant comune Sigillum ad negocia ſua premiſſa in his Literis noſtris patentibus expreſſa et ſpecificata ſeu aliquam inde parcellam tantumodo tangentia ſeu conſernentia deſerviturum Et quod ipſi Gubernatores per nomen *Gubernatorum poſſeſſionum Revencionum et Bonorum libere Scole Grammaticalis Regine Elizabethe in Villa de Kingſton in Comitatu Surrie* placitare poſſint et implacitari defendere et defendi Reſpondere et Reſponderi in quibuſcunque Curiis et Locis et coram quibuſcunque Judicibus et Juſticiariis in quibuſcunque Cauſis Actionibus Negociis ſectis Querelis placitis et demandis quibuſcunque cujuſcunque nature ſeu condicionis fuerint Et ulterius de ampliori gratia noſtra dedimus et conceſſimus ac per preſentes pro nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris damus et Concedimus prefatis modernis Gubernatoribus Scole predicte et Succeſſoribus ſuis quod

ipſi et Succeſſores ſui cum adviſamento Epiſcopi Winton pro tempore exiſtente plenam poteſtatem et authoritatem habeant nominandi et appunctuandi Pedagogum et Subpedagogum Scole predicte toties quoties eadem Scola de Pedagogo et Subpedagogo vacua fuerit Et quod ipſi Gubernatores cum adviſamento Epiſcopi Winton predicti pro tempore exiſtente de tempore in tempus faciant et facere valeant et poſſint Idonea et ſalubria Statuta et Ordinaciones inſcriptas concernentes et tangentes Ordinem Gubernationem et directionem Pedagogi et Subpedagogi ac Scolarium Scole predicte pro tempore exiſten. ac Stipendii et Salarii eorundem Pedagogi et Subpedagogi ac alia eandem Scolam et Ordinationem Gubernationem preſervationem et diſpoſitionem Redditum et Reventionum ad ſuſtentationem ejuſdem ſcole appunctuatorum et appunctuandorum Tangentia et concernentia QUEQUIDEM Statuta et Ordinationes ſic fiend. Volumus Concedimus ac per preſentes precipimus immolabiliter obſervari de tempore in tempus imperpetuum

ET ULTERIUS Sciatis quod nos in Conſideratione quod iidem Gubernatores et Succeſſores ſui Scolam predictam et Pedagogum et Subpedagogum inde melius ſuſtineant et ſupportent de Uberiori Gratia noſtra dedimus et Conceſſimus ac per preſentes damus et Concedimus prefatis Gubernatoribus poſſeſſionum Revencionum et Bonorum dicte Scole Grammaticalis et Succeſſoribus ſuis quantum in nobis eſt Licentiam ſpecialem liberamque et licitam facultatem poteſtatem et authoritatem habend. Recipiend. et perquirend. eis et eorum Succeſſor. imperpetuum tam de nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris quam de aliis quibuſcunque perſonis et alia perſona quacunque Maneria Meſſuagia

Meſſuagia Terras Tenementa Rectorias Decimas ac alia Hereditamenta quecunque infra Regnum Anglie ſeu alibi infra Dominationes noſtras dummodo non excedunt clarum annualem valorem triginta Librarum ultra dictam Capellam Domos Edificia et cetera premiſſa prefatis Gubernatoribus et Succeſſoribus ſuis ut prefertur per nos in forma predicta Conceſſ. Statut. de Terris et Tenementis ad manum mortuam non ponend. aut aliquo alio Statuto actu Ordinatione ſeu proviſione aut aliqua alia re cauſa vel materia quacunque in contrarium inde habit. fact. edit. ordinat. ſeu provis. in aliquo non obſtante Eo QUOD expreſſa mentio de vero valore annuo aut de aliquo alio valore vel Certitudine prem. ſive eorum alicujus aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus per nos ſive per aliquem progenitorum noſtrorum prefatis modernis Gubernatoribus Scole predicte ante hac tempora fact. in preſentibus minime fact. exiſtit aut aliquo ſtatuto Actu Ordinatione proviſione proclamatione ſive Reſtrictione inde in contrarium fact. edit. ordinat. ſeu provis. aut aliqua alia re cauſa vel materia quacunque in aliquo non obſtante In CUJUS Rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes TESTE me ipſa apud Weſtmonaſter. primo die Martii Anno Regni noſtri Tertio

Per Breve de Privato Sigillo et de dat. predict.
Authoritate Parliamenti

P. CORDELL.

Irrot. in Officio mei
JOHIS. THOMSON, Auditor.

Charta

Charta Caroli Regis Villæ de Kingſton ſuper Thameſim conceſſa.

CAROLUS Dei Gratia Anglie Scotie Francie et Hibernie Rex Fidei Defenſor &c. Omnibus ad quos preſentes Literæ pervenerint Salutem Cum villa noſtra de Kingſton ſuper Thames in Comitatu noſtro Surrie ſit Villa admodum antiqua et populoſa et ad ripam celebris fluvii navigabilis de Thames unde etiam denominatur Scituata ex qua quidem Villa per Fluvium illum diverſa bona et Merchandizas in Naviculis et Cymbis ibidem onerat. ad Civitatem noſtram London et partes adjacentes ultro citroque quotidie tranſportantur Ac Homines Villæ illius diverſas Libertates Francheſias Immunitates Conſuetudines preſcriptiones et preheminentias habuerunt et uſi et gaviſi fuerunt tam virtute ac ratione diverſarum Chartarum et Literarum Patentium per precariſſimum nuper Patrem noſtrum Jacobum nuper Regem beatæ memoriæ et per diverſos alios Progenitores et Anteceſſores noſtros nuper Reges et Reginas Anglie eis et predeceſſoribus ſuis per diverſa nomina Incorporationis ante hac facta et conceſſa quam ratione vel pretextu diverſorum preſcriptionum uſitum et Conſuetudinum in Villa predicta uſitat. et conſuet. CUMQUE dilecti ſubditi noſtri Ballivi et liberi Homines Villæ noſtræ de Kingſton ſuper Thames predictæ nobis humillime ſupplicaverunt quod nos eiſdem Ballivis et liberis Hominibus Villæ de Kingſton predictæ et Succeſſoribus ſuis priores Chartas et conceſſiones anteceſſorum noſtrorum ac predictas Libertates Francheſias Immunitates Conſuetudines preſcriptiones et preheminentias confirmare Nec non defectus

 Ambiguitates

Ambiguitates et dubia in eiſdem conceſſionibus accidentes explicare et res ibidem verbis non ſatis aptis et idoneis expreſſis colluſtrare et in rectitudine redigere vellemus Quodque nos pro meliori regimine Gubernatione et melioratione Villæ predictæ dictos Homines et Inhabitantes ejuſdem Villæ de Kingſton ſuper Thames per quodcunque nomen ſive per quecunque nomina Incorporationis ante hac incorporati fuerunt et utrum antehac incorporati fuerunt aut non in unum Corpus corporatum et politicum per nomen Ballivorum et liberorum Hominum Villæ de Kingſton ſuper Thames per Literas noſtras Patentes facere redigere et Creare dignaremur prout nobis melius videbitur expedire Nos IGITUR volentes quod de cetero imperpetuum in eadem Villa de Kingſton ſuper Thames continuo habeatur unus certus et indubitatus modus de et pro Cuſtodia pacis et Regimine et Gubernatione populi ibidem Et quod Villa predicta de cetero imperpetuum ſit et permaneat Villa pacis et quietis ad formidinem et terrorem malorum & in premium bonorum et ut pax noſtra ceteraque facta Juſticiæ ibidem melius cuſtodiri valeant et poſſint Sperranteſque quod ſi dicti Homines et Inhabitantes Villæ predictæ et ſucceſſores ſui amplioribus ex conceſſione noſtra libertatibus et privilegiis gaudeant et fruantur tunc ad ſervicium quo poterint nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris impendend. et exhibend. ſpecialius forciuſque ſentiant ſe obligatos De gratia noſtra ſpeciali et ex certa Scientia et mero motu noſtris voluimus Ordinavimus Conſtituimus declaravimus et Conceſſimus ac per preſentes pro nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris volumus Ordinamus Conſtituimus declaramus et Concedimus quod homines reſidentes et Inhabitantes Villæ predictæ de Kingſton

et

et Succeſſores ſui de cetero imperpetuum ſint et erint vigore preſentium unum Corpus corporatum et Politicum in re facto et nomine per nomen Ballivorum et liberorum hominum Villæ de Kingſton ſuper Thames. Et eos per nomen Ballivorum et liberorum hominum Villæ de Kingſton ſuper Thames unum Corpus corporatum et Politicum in re facto et nomine realiter et ad plenum pro nobis heredibus et Succeſſoribus noſtris erigimus facimus Ordinamus conſtituimus confirmamus et declaramus per preſentes Et quod per idem nomen habeant Succeſſionem perpetuam Et quod ipſi per nomen Ballivorum et liberorum hominum Villæ de Kingſton ſuper Thames ſint et erint perpetuis futuris Temporibus perſone habiles et in Lege capaces ad habendum perquirendum recipiendum et poſſidendum Maneria Terras Tenementa Libertates Privilegia Juriſdictiones Francheſias et Hereditamenta cujuſcunque fuerint generis naturæ vel ſpecei ſibi et Succeſſoribus ſuis in Feodo et perpetuitate ſive pro termino Anni vel Annorum aut aliter quocunque modo ac etiam bona et Catalla ac quaſcunque alias res cujuſcunque generis nominis naturæ qualitatis naturæ vel ſpecei fuerint Nec non ad dandum concedendum dimittendum alienandum aſſignandum et diſponendum Maneriorum Terrarum Tenementorum Hereditamentorum et ad omnia et ſingula alia facta et res faciend. et exequend. per nomen predictum Et quod ipſi per idem nomen Ballivorum et Liberorum hominum Villæ de Kingſton ſuper Thames placitare et implacitari reſpondere et reſponderi defendere et defendi poſſint et valeant in quibuſcunque Curiis placeis et Locis ac coram quibuſcunque Judicibus et Juſticiariis ac aliis perſonis ac

Officiariis

Officiariis noſtris et Heredum et Succeſſorum noſtrorum et aliis quibuſcunque in omnibus et ſingulis Actionibus placitis ſectis querelis Cauſis materiis et demandis quibuſcunque cujuſcunque ſint aut erunt generis naturæ vel ſpecei eiſdem modo et forma prout aliqui alii Ligei noſtri hujus Regni noſtri Angliæ perſonæ habiles et in Lege capaces ſive aliquod aliud Corpus corporatum et politicum infra Regnum noſtrum Angliæ habere perquirere recipere poſſidere gaudere retinere dare concedere dimittere alienare aſſignare et diſponere placitare et implacitari reſpondere et reſponderi defendere et defendi facere permittere et exequi poſſint et valeant Et quod predicti Ballivi et liberi Homines villæ predictæ et Succeſſores ſui habeant imperpetuum commune Sigillum pro cauſis et negociis ſuis et Succeſſorum ſuorum quibuſcunque agendis deſerviturum Et quod bene liceat et licebit eiſdem Ballivis & liberis Hominibus villæ predictæ Sigillum illud ad Libitum ſuum de tempore in tempus frangere mutare et de novo facere prout eis melius fieri et fore videbitur CUMQUE Dominus HENRICUS nuper Rex Angliæ TERTIUS Progenitor noſter per Literas ſuas patentes quarum dat. eſt decimo tertio die Septembris Annoque Regni ſuo quadrageſimo (inter alia) conceſſerit liberis Hominibus ſuis de Kingſton predicta quod ipſi et Heredes ſui homines ejuſdem Villæ de ipſis eligere poſſint et Creare Coronatores ad attachiamentum placitorum Coronæ ſuæ infra predictam villam emergentium et reſponderent coram Juſticiariis ſuis itinerantibus in partibus illis de Attachiamento per ipſos facto et aliis ad Officium Coronatoris pertinentibus ſicut alii Coronatores ſui reſpondere debuerunt et ſolebant CUMQUE etiam Dominus

minus Henricus nuper Rex Angliæ Sextus per Literas ſuas Patentes quarum datum eſt decimo octavo die Marcii Anno Regni ſui decimo nono (inter alia) conceſſerit prefatis liberis hominibus de Kingſton heredibus et Succeſſoribus ſuis quod Clericus Mercati ſui Officium ſuum de cetero extunc infra predictam Villam de Kingſton ſeu Libertatem ejuſdem Villæ non occuparet vel exerceret aut exequi occupari ſeu exerceri faceret quoviſmodo ſed quod iidem liberi homines ejuſdem Villæ Heredes et Succeſſores ſui haberent Correctionem panis aſſiſſas panis et Cervicii infra Villam predictam et Libertatem ejuſdem Villæ fact. ſeu faciend. Ac etiam quod haberent occupationem et Exercitium omnium illarum rerum Officio Clerici Mercati aliqualiter tangentium cum finibus Exitibus et Amerciamentis adeo integre prout Villæ de Wycombe et Windſor vel aliquis alius Burgus infra Regnum Angliæ ad tunc habuerunt Cumque inſuper Dominus Edwardus Quartus nuper Rex Angliæ per Literas ſuas patentes ſub magno Sigillo Angliæ confectas cujus datum eſt viceſimo ſexto die Februarii Anno Regni ſui viceſimo (inter alia) conceſſerit et confirmavit pro ſe et Heredibus ſuis liberis hominibus Villæ de Kingſton predictæ quod ipſi ſint unum Corpus in re et nomine et una Comunitas perpetua corporata de duobus Ballivis Villæ illius et hominibus ejuſdem Villæ et habeant Succeſſionem perpetuam Quodque ipſi infra Villam et Libertatem predictam Dominium ejuſdem Villæ et Hundredum de Kingſton et Emelbrigg ac Membra eorum habeant diverſas Eſcheatas et forisfacturas Exitus fines et Amerciamenta in eiſdem Literis patentibus ſpecificatas Quodque ipſi habere poſſint et tenere infra Villam de

Kingſton

Kingſton predictam qualibet Septimana videlicet die Sabathi cujuſlibet hujuſmodi Septimanæ imperpetuum Curiam tenendam coram ipſis Ballivis et Succeſſoribus ſuis et Seneſchallo Villæ illius pro tempore exiſtente

Et quod in eiſdem Curiis ipſi Ballivi et Succeſſores ſui et Seneſcallus pro tempore exiſtente coram eis diverſa placita et Acciones pro materiis et rebus perſonalibus infra villam illam ac Libertatem membra et pertinentia ejuſdem emergentes ſive contingentes audire poſſint et terminare ſecundum Legem et Conſuetudinem Regni Angliæ Quodque dicti Ballivi et Succeſſores ſui habeant unum vel duos Servientes ad Clavam infra Villam Dominium Hundredum et Membrum predict. propter negocia et precepta ſua facienda et Exequenda CUMQUE eciam precha-riſſimus Pater noſter Dominus JACOBUS nuper Rex Angliæ per Literas ſuas patentes gerentes datas apud Winton decimo Septimo die Novembris Anno Regni ſui Angliæ Franciæ et Hiberniæ primo et Scotiæ triceſimo Septimo (inter alia) voluerit et pro ſe Heredibus et Succeſſoribus ſuis conceſſerit Ballivis et liberis hominibus Villæ predictæ et Succeſſoribus ſuis quod ipſi et Succeſſores ſui de cetero ex tunc imperpetuum haberent et tenerent infra Villam de Kingſton ſuper Thames predictam unam Curiam de Recordo quolibet die Sabathi in qualibet Septimana per Annum imperpetuum coram Ballivis villæ predictæ et Seneſcallo Curie Villæ predictæ pro tempore exiſtente et in abſentia predicti Seneſcalli Curiæ illius coram Ballivis Villæ predictæ et Recordatore Villæ predictæ pro tempore exiſtente vel duobus eorum prout per predictas ſeparales Literas patentes (inter alia) plenius liquet et apparet In quibus quidem Separalibus

Literis patentibus reſpective mentio ſit de Officiariis et Officiis Coronatoris Clerici Mercati Ballivorum Seneſcalli Curie Servientium ad Clavam Recordatoris et liberorum hominum Villæ predictæ. non autem in eiſdem Literis patentibus aliqua ſit diſtincta declaracio vel Conſtitutio certa per quas vel quibus modis aut de cujuſmodi perſonis ad Officia illa reſpective Exequenda Electio fierit vel quorum quibus aliqui in Officia illa reſpective eligendi Sacramenta ad hujuſmodi Officia ſpectantia preſtaret nec alique alie circumſtantie ad eoſdem Officiarios rite conſtituendos neceſſarie ibidem preſcribuntur Et tamen in uſu fuerit et adhuc eſt quod tales et hujuſmodi Officiarii Villæ predictæ per continuatum uſum ibidem Electi ſunt et fuerunt et tales Electi Officia illa reſpective executi fuerunt et exercuerunt ſicut conſimiles Officiarii in aliis hujuſmodi Burgis ſive Villis eadem Officia reſpective perſolvere et exercere ſoliti fuerunt Nos IGITUR omnes Queſtiones Ambiguitates et dubia concernentia premiſſa penitus amovere nec non conſuetudinem et Uſum predictum pro et concernentes Eleccionem Officiorum predictorum approbare et confirmare gratioſe volentes De Gratia noſtra ſpeciali et ex certa Scientia et mero motu noſtris volumus et declaravimus Ac per preſentes pro nobis heredibus et Succeſſoribus noſtris Damus et Concedimus prefatis Ballivis ac liberis hominibus de Kingſton ſuper Thames et Succeſſoribus ſuis quod liberi homines Villæ predictæ modo exiſtentes et tot et tales alii qui de hinc ſecundum Conſuetudinem et uſum ibidem antehac uſitatum et approbatum ex liberis Tenentibus Manerii de Kingſton ſuper Thames in Comitatu noſtro Surrie de tempore in tempus in liberos homines Villæ predictæ electi fuerunt erunt et vocabuntur

tur liberi homines Villæ de Kingſton ſuper Thames predictæ prout antehac ibidem ex antiquo in uſum fuerit Et DAMUS et Concedimus predictis Ballivis et liberis hominibus Villæ de Kingſton ſuper Thames prædictæ et Succeſſoribus ſuis quod bene Liceat et licebit eis ad eorum bene placita ex liberis Tenentibus Manerii predicti tot et tales liberos homines Villæ predictæ Eligere quot et quales hiis neceſſarie fore videbitur Et ſi aliquis vel aliqui ſic electi ad aliquod tempus impoſterum ſuper talem Electionem recuſaverit ſe fore liberum hominum Villæ predictæ quod tunc et toties Ballivi et liberi homines Villæ predictæ vel major pars eorum aliquem finem rationabilem ſuper talem perſonam vel perſonas recuſantem ſive recuſantes imponere ad publicum uſum Villæ predictæ et finem predictam ſic impoſitam debito modo Levare poſſint per preſentes Quodque ſint et erunt infra Villam predictam duo ex liberis hominibus villæ illius in forma ibidem antehac uſitata Eligendi et Conſtituendi qui erint et vocabuntur Ballivi Villæ de Kingſton ſuper Thames predictæ Quodque Ballivi dictæ villæ pro tempore exiſtente erunt Clerici Mercati infra Villam de Kingſton predictam ac infra Libertatem ejuſdem ac infra Hundredum de Kingſton ac Emelbrigg alias Elmbridge et precintum ejuſdem ad omnia Officia illa debito modo incumbentia exequenda et peragenda prout temporibus retroactis ibidem in uſu et conſuetudine fuerit Et quod ſint & erunt deinceps imperpetuum infra villam predictam duo alii ex liberis hominibus vel aliis Officiariis Villæ illius in forma ibidem antehac uſitata de tempore in tempus eligendos et conſtituendos qui erunt et vocabuntur Coronatores noſtri heredum et Succeſſorum

noſtrorum

noſtrorum infra Villam Hundredum et Libertates predictas qui conjunctim aut diviſim ad omnia Officia Coronatoris debite incumbentia exequi et peragi infra Villam Hundredum et Libertates predictas valeant et poſſint et alter eorum valeat et poſſit quibus in hac parte plenam poteſtatem damus et Concedimus Officium Coronatoris infra Villam et Libertatem et Hundredum predict. debito modo exequend. per preſentes

Quodque Attornatus noſter generalis et attornatus generalis Heredum et Succeſſorum noſtrorum pro tempore exiſtente ſit et erit de tempore in tempus Seneſchallus Curie dictæ Villæ de Kingſton ſuper Thames prout antehac ibidem in uſu fuerit Et quod ipſi prefati Ballivi et liberi homines Villæ predictæ et Succeſſores ſui imperpetuum habeant et habebunt unum alium virum in Legibus hujus Regni Angliæ peritum per Balivos et liberos homines Villæ predictæ de tempore in tempus perpetuis futuris temporibus Eligendum qui erit et vocabitur Recordatorem pro tempore exiſtente ad omnia eadem Officia qualitercunque pertinentia exequend. et peragend. poteſtatem Damus et Concedimus per preſentes Volumus eciam ac per preſentes pro nobis heredibus et Succeſſoribus noſtris Damus Concedimus er Confirmamus prefatis Ballivis et liberis hominibus Villæ predictæ de Kingſton ſuper Thames et Succeſſoribus ſuis quod bene liceat et licebit eiſdem Ballivis et liberis hominibus et eorum Succeſſoribus imperpetuum quod ipſi vel major pars eorum pro tempore exiſtente (quorum Ballivos Villæ de Kingſton predictæ pro tempore exiſtente duos eſſe volumus) quoties eis oportune et neceſſarium fore videbitur convocare et tenere poſſint infra Guildhale Villæ predictæ quandam Curiam ſive

Convocationem

Convocationem de eiſdem Ballivis et liberis hominibus vel de eorum majore parte (quorum Ballivos Ville de Kingſton predictæ pro tempore exiſtente duos eſſe volumus) poſſint et valeant perpetuis futuris temporibus Ac in eadem Curia ſive Convocatione conferre tractare Conſultare et decernere de Statutis Legibus Articulis et Ordinationibus Villæ de Kingſton ſuper Thames predictæ et Libertatibus ejuſdem et de bono regimine eorundem tangen. et concernen. poſſint et valeant juxta eorum ſanas diſcreciones vel juxta ſanas diſcreciones majoris partis eorundem in eadem Guildhall pro tempore exiſtente congregare quorum ballivos Villæ de Kingſton predictæ pro tempore exiſtente duos eſſe volumus Ac quod Ballivi et liberi homines Villæ predictæ et eorum Succeſſores pro tempore exiſtente vel major pars eorundem (quorum Ballivos Villæ de Kingſton predictæ pro tempore exiſtente duos eſſe volumus) in Curia ſive Convocatione predicta aſſemblati. et congregati. habeant et habebunt de tempore in tempus et ad omnia tempora perpetuis futuris temporibus plenam poteſtatem facultatem et authoritatem condendi conſtituendi ordinandi faciendi et ſtabiliendi tales et hujuſmodi Leges Inſtituciones Ordinaciones et Conſtitutiones que eis ſive majori parti eorundem (quorum Ballivos Villæ de Kingſton predictæ pro tempore exiſtente duos eſſe volumus) bona Salubria utilia honeſta et neceſſaria juxta eorum ſanas diſcreciones fore videbuntur pro Cuſtodia pacis noſtræ et bone regimine et Gubernacione predictæ Villæ de Kingſton ſuper Thames ac Ballivorum et liberorum hominum ac omnium aliorum Officiariorum Miniſtrorum Artificium et aliorum Inhabitantium ſive Reſidentium infra Villam predictam et

Libertatem

Libertatem ejuſdem pro tempore exiſtente ac aliorum ibidem Confluentium Ac pro declaracione quo modo et Ordine iidem Ballivi et liberi homines et ceteri omnes et ſinguli Miniſtri Officiarii Artifices Inhabitantes et Reſidentes Villæ predictæ et alii ibidem exiſtentes in Officiis Funccionibus Miniſtrorum Artificium et negociis ſuis infra Villam predictam et Libertates ejuſdem pro tempore exiſtente ſeſe habebunt gerent et utuntur ac aliter pro meliori bono Reipublicæ et communis utilitatis ac pro bono regimine Villæ et Libertatis predictæ ac victualorum earundem Villæ et Libertatis Ac eciam pro meliori preſervacione gubernacione diſpoſicione Locacione et dimiſſione terrarum Tenementorum poſſeſſionum Revencionum et Hereditamentorum prefatis Ballivis et liberis hominibus et Succeſſoribus ſuis antehac vel per preſentes dat. conceſſ. vel aſſignat. aut impoſterum dand. vel aſſignand ac res et cauſas alias quaſcunque Villæ predictæ aut Statum jus et intereſſe ejuſdem Villæ et Libertates ejuſdem tangen ſeu quoviſmodo concernen.

Quodque Ballivi et liberi homines Villæ predictæ pro tempore exiſtente et eorum Succeſſores vel eorum major pars quorum Ballivos dicta Villæ de Kingſton pro tempore exiſtente duos eſſe volumus) quoties cunque hujuſmodi Leges Inſtitutiones Jura Ordinaciones vel Conſtitutiones condiderint fuerint Ordinaverint vel ſtabiliverint in forma predicta hujuſmodi et tales penas puniciones et penalitates per Impriſonementum Corporum vel per fines amerciamenta vel per eorum utrumque erga et ſuper omnes Delinquentes contra hujuſmodi Leges Inſtituciones Jura Ordinaciones et Conſtituciones ſive eorum aliquod vel aliqua quales et que eiſdem Ballivis et liberis hominibus pro tempore exiſtente

exiſtente ſive eorum majori parti (quorum Ballivos dictæ Villæ de Kingſton ſuper Thames pro tempore exiſtente duos eſſe volumus) neceſſaria opportuna et requiſita pro Obſervacione et preſervacione predictarum Legum Ordinacionum et Conſtitutionum melius fore videbitur facere ordinare limitare et providere Ac quod prefati Ballivi et liberi homines et Succeſſores ſui imperpetuum eadem penas fines et Amerciamenta levare recuperare recipere et habere poſſint et valeant ad proprium opus et uſum predictorum Ballivorum et liberorum hominum et eorum Succeſſorum imperpetuum pro tempore exiſtente abſque impedimento noſtri heredum et Succeſſorum noſtrorum aut alicujus ſive aliquorum Officiariorum vel Miniſtrorum noſtrorum aut Heredum vel Succeſſorum noſtrorum et abſque aliqua ſolucione vel aliquo Computo inde nobis Heredibus vel Succeſſoribus noſtris ſolvend. reddend. vel faciend. quoviſmodo Que omnia et ſingula Leges Ordinaciones Inſtitutiones vel Conſtitutiones ſic ut prefertur faciend. obſervari volumus ſub pena in eiſdem continend. Ita tamen quod predictæ Leges Ordinaciones Conſtitutiones penæ penalitates fines Amerciamenta nec eorum aliqua non ſint repugnancia nec contraria Legibus Statutis Juribus ſive Conſuetudinibus Regni noſtri Anglie Cumque jam ſint in predicta Villa de Kingſton ſuper Thames duo Ballivi ejuſdem Villæ nec non duo Coronatores unus Recordator unus communis Clericus et Clericus pacis qui vocatur Prothonatorius Curie Villæ predictæ et duo Servientes ad Clavam et quidam alii liberi homines Villæ predictæ antehac in officia illa reſpective electi et prefecti ſecundum uſum et Conſuetudinem in Villa illa pro hujuſmodi Ballivis Coronatore Recordatore communi Clerico et

Clerico pacis Liberorum hominum et Servientium ad Clavam Eligend: hactenus uſitat. et approbat.

NOS Electiones illas modernorum Ballivorum Coronatorum Recordatoris communis Clerici et Clerici pacis Liberorum hominum & Servientium ad Clavam gracioſe approbantes eos in dictis Officiis reſpective continuandos eſſe juxta uſum et conſuetudinem predictam Volumus ac pro nobis heredibus et Succeſſoribus noſtris declaramus et Confirmamus per preſentes

CUMQUE per uſum et Conſuetudinem in predicta Villa de Kingſton ſuper Thames per longum tempus hactenus continuatum et approbatum quidam certus conſtans et indubitatus modus pro Ballivis ejuſdem Villæ et ceteris Officiariis ibidem Eligendum continuandum et amovendum habeatur et obſervetur unacum omnibus loci temporis aliorumque formalitatum circumſtancia et hujuſmodi Elecciones conſentaniis et pertinen. tam in annuali hujuſmodi officiariorum Electione quotannis renovata et renovanda quam in caſu amotionis vel mortis eorum aliquorum vel alicujus cum acciderint

iidem Ballivi et liberi homines et Inhabitantes ville prediĉte vel eorum aliqui vel aliquos vel aliquem Juſticiariorum Officiàriorum vel Miniſtrorum prediĉtorum in vel pro aliquo debito uſu clameo vel abuſu aliquarum Libertatum Francheſiarum aut Juriſdiĉtionum infra Villam prediĉtam Libertatem vel precinĉtum ejuſdem ante diem Confeĉtionis harum Literarum patentium minime moleſtentur aut impediantur aut ad ea vel eorum aliquod reſpondere compellantur Cumque nos ex munificentia noſtra Regia erga Ballivos et liberos homines Ville de Kingſton ſuper Thames et Succeſſores ſuos per has Literas noſtras Patentes non ſolum eiſdem Ballivis et liberis hominibus et Succeſſoribus ſuis antiqua ſua privilegia Juriſdiĉtiones Conſuetudines immunitates et Libertates confirmare ac omnia dubia in prioribus Chartis et Conceſſionibus ſibi inde confeĉtis explicare et in certitudinem reducere gratioſe dignati fuerimus verum etiam ex abundantiori gratia noſtra ſpeciali Juriſdiĉtionem Curie ſue de Recordo et Libertatem pro Returnis et executione Brevium noſtrorum Heredum et Succeſſorum noſtrorum et preceptorum et Mandatorum ſuper inde in Hundredo de Copthorne et Effingham ampliari et extendi fecerimus et Conceſſerimus et alia privilegia Juriſdiĉtiones et Libertates eiſdem Ballivis et liberis hominibus et Succeſſoribus ſuis dederimus et confirmaverimus prout in hiis preſentibus plenius liquet et apparet Cumque nos in eorum omnium Compenſationem et debitam Retributionem nihil aliud de prediĉtis Ballivis et liberis hominibus Ville noſtre prediĉte requiramus et expeĉtemus quam quod iidem Ballivi et liberi homines illam tantum partem Juriſdiĉtionis antique ſue Curie Let. et vis Franc. Pleg. que infra manerium noſtrum de

Manerium de Richmond et Hamletus de Richmond Petaſham Kew et Ham.

de Richmond et Hamlet de Richmond et Kew et infra Manerium de Ham Membrum ſive pertinentia Manerii de Richmond predicti modo ſe extendit nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris relinquerent et relaxerint prefati igitur Ballivi et liberi homines dicte Ville noſtre de Kingſton ſuper Thames in ſatisfaccionem dicte expectationis noſtre Regie et eorum erga nos Officium et debite gratitudines Monumenta et ut voluntas et deſiderium noſtrum in ea parte melior capiat effectum pro ſe et Succeſſoribus ſuis convenerint et concedunt ad et cum nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris quod Ballivi et liberi homines dicte Ville noſtre de Kingſton ſuper Thames pro tempore exiſtente ſuper aliquod Breve Sumonicionis de quo Warranto verſus eos ad aliquod tempus infra ſpacium Septem Annorum proxime futurorum ex parte noſtra Heredum vel Succeſſorum noſtrorum impetrand. vel nomine Attornati noſtri heredum vel Succeſſorum noſtrorum Generalis proſequend. pro vel concernend. tantum ea parte Juriſdictionis Curie Lete et Vic. Franc. Pleg. predict. que infra Manerium noſtrum de Richmond. ac Hamblet. de Richmond Peterſham et Kew et Ham predictum ſe extendit gratis comparebunt et illam partem Juriſdictionis Curie illius infra precinctum et Libertatem Manerii et Hambleti predicti exiſtentem nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris per placitum ſuum in debita Legis forma levand. et deducend. de Recordo gratis relaxabunt et relinquent ac Judicium inde pro Nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris debito modo reddi et intrari conſentientur Ita quod bene liceat et licebit nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris Curiam Let. et Vis. Franc. Pleg. ac omnia que ad hujuſmodi Vis. Franc. Pleg. pertinen. ſive ſpect. infra limit.

limit. et precinct. dicti Maneria noſtre de Richmond et Hamleti de Richmond et Kew Peterſham et Ham. tantum extunc in perpetuum habere tenere uti et gaudere contra predictos Ballivos et liberos homines Ville de Kingſton ſuper Thames et Succeſſores ſuos ac quod predicti Ballivi et liberi homines et Succeſſores ſui poſt tale judicium verſus eos habendum ab omni Juriſdictione Curie ſive Let. et Vis. Franc. Pleg. infra precinctum et Limites predicti Manerii de Richmond et Hamleti de Richmond et Kew et infra Peterſham et Ham. predict. tantum penitus ſunt excluſi hiis Litteris noſtris patentibus vel aliquo in eiſdem Contento vel ſpecificato vel aliquo uſu Conſuetudine ſeu preſcriptione in contrarium inde non obſtante Volumus tamen as per preſentes pro nobis Heredibus et Succeſſoribus noſtris concedimus prefatis Ballivis et liberis Hominibus predicte Ville de Kingſton ſuper Thames et Succeſſoribus ſuis quod Ballivi et liberi Homines ejuſdem Ville et Succeſſores ſui imperpetuum habeant. teneant. et gaudeant. et habere tenere et gaudere valeant. et poſſint. Curiam et Curias Let. et Vis. Franc. Pleg. pertinen. Necnon omnes et omnimodas Juriſdictiones Curias Let. et Vis. Franc. Pleg. habeant. exerceant. et utantur tam infra predictam Villam Libertatem et precinctum ejuſdem quam infra Hundredum de Kingſton et Elmebridge alias Elmebrigg et infra omnia Villatas Hambletos et Loca infra precinctum eorundem Hundredorum predictorum Manerium de Richmond et Hamletus de Richmond et Kew Peterſham et Ham. tantumodo Exceptis adeo plene libere et integre ac in tam amplis modo et forma prout aliqui Ballivi et liberi homines Ville predicte in aliqua Curia ſua Let. et Vis. Franc. Pleg. ad aliquod

aliquod tempus ante Confectionem harum Litterarum noſtrarum patentium habere tenere gaudere uti vel exercere conſueverunt predicto Judicio ſuper Breve predictum de quo Warranto in forma predicta reddendo vel aliquo alio in hiis preſentibus ſuperius ſpecificato vel aliqua alia re cauſa vel materia quacunque nonobſtante Volumus eciam et per preſentes concedimus prefatis Ballivis et liberis hominibus predictæ Ville de Kingſton ſuper Thames quod habeant et habebunt has Literas noſtras patentes ſub magno Sigillo noſtro Anglie debito modo factas et Sigillatas abſque fine ſeu feodo magno vel parvo nobis in Hanaperio noſtro ſeu alibi ad uſum noſtrum proinde quoquo modo reddend. ſolvend. vel faciend. Et quod expreſſa menti de vero valore Annuo vel de certitudine premiſſorum ſive eorum aliorum aut de aliis Donis ſive Conceſſionibus per nos ſeu per aliquem Progenitorum ſive Predeceſſorum noſtrorum prefatis Ballivis et liberis Hominibus predicte Ville de Kingſton ſuper Thames antehac tempora factis in preſentibus minime factis exiſtit. aut aliquo Statuto Actu Ordinatione proviſione proclamatione ſive Reſtrictione in contraria inde antehac habita facta edita ordinata ſive proviſa aut aliqua alia re cauſa vel Materia quacunque in aliquo non obſtante In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus patentes Teſte me ipſo apud Weſtmonaſterium Tertio decimo die Decembris Anno Regni noſtri Quarto

Per Breve de privato Sigillo

WORLESEY.

Ex

Ex Libris penes Thomam Aſtle Armigerum de Tranſcriptis Rotulorum Patentium et Clauſorum nec non aliorum Munimentorum Regum Angliæ.

DE JOCALIBUS REGIS.

Let. Pat. de Anno 9° Regis Johannis n. 24.

REX omnibus ad quos preſentes Literæ pervenirint Salutem Sciatis quod Nos recepimus Sabati proximo poſt Feſtum Sancti Nicolai apud Clarendun Anno Regni noſtri nono per manus Hugonis de Roppell et Radulphi de Riperia et Johannis Ruffiham et Roberti de Roppell magnam Coronam quæ venit de Almania, et unam Tunicam de purpura et Sandalia de eodem Panno, et Baltheum de Orfraſio cum lapidibus unum par Solutarium et Frectas de Orfraſio et unum par Cirothecarum et Dalmaticum de nigra purpura et Pallium Regale de purpura cum morſu et Brocha auri et pannum ſeriacum ad ferendum ſupra Regem in Coronatione ſua et magnum ſceptrum ejuſdem Regalis Virgam auream cum Columba in ſummo, et duos Enſes ſcilicet Enſem triſtrami et alium Enſem de eodem Regali et Calcaria aurea de eodem Regali Cupam auri ponderis octo Marcarum et duarum unciarum et unum Crucem auri ponderis trium Marcarum et ſeptem Unciarum et dimid. et ut predictus Robertus de Roppell et Homines ſui inde ſint quieti has Literas noſtras patentes eis fecimus Teſte Domino P. Winton. Epiſcopo apud Clarendun nono die Decembris.

De jocalibus recipiendis.

Pat. de ao. 17 Johannis.

Rex recipit diverſa Jocalia a W. Teuton et Hugone de Bathon. Cleric.

REX omnibus &c. Sciatis quod recepimus per manum Walerandi Tetonici et Hugonis de Bathonia Clerici noſtri apud Berkhamſted die Annunciacionis Beatæ Mariæ Anno regni noſtri xvii° de Fratre Henrico de Arundel tunc temporis preceptore Fratrum Hoſpitalium Jeroſolymæ in Anglia unam Virgam de auro cum Cruce ſcilicet Sceptrum unam Zonam rubram cum petris pretioſis quæ pertinet ad Regale Aliam Zonam de Corio nigro furratam infra de Cendali rubro cum petris pretioſis intaillatis aſſiſis in Caſſa Aliam Zonam de Corio furratam cum rubro cendali magnis petris aſſiſis in Caſſa Aliam Zonam de Corio rubro furratam cum albo Corio cum petris magnis intaillatis aſſiſis in Caſſa Aliam Zonam de Corio nigro cum roſis et barris de auro ſine petris Unum monile aſſiſum in medio de Diament. circundatis de Rubetis et Ameraudis Novem monilia magna cum pluribus petris pretioſis cum una Cruce et ſeptem floribus Tunicam regalem de rubro Samito cum Orfreis cum petris pretioſis in urluris Unam par Cirothecarum cum petris et aliud par cum floribus de auro Unam Tunicam albam de Diapro bondatam de Orfraſio Unum regale de rubro Samito urlatum et Cruce Signatum undiq. de Orfraſio cum magnis petris et diverſis et pretioſis cum duobus brachis ad attachiandum ipſum pallium Unum par Caligarum de Samito cum Orifraſio et duo paria bacinorum ponderis ſexaginta duarum marcarum et decem et ſeptem unciarum Et in hujus &c. eis inde fieri fecimus Teſte me ipſo apud Canencles viſeſimo nono die Marcii Anno regni noſtri decimo Septimo.

Ex

Ex Compoto magnæ Garderobæ.

Anno XXVIII° R. Edwardi Primi.

" JOCALIA remanencia in fine Anni viceſſimi ſep-
" timi, de Jocalibus receptis de Domino W.
" de Langeton, de Jocalibus Regis remanentibus in
" Cuſtodia ejuſdem Domini Willielmi, tempore quo
" fuit Cuſtos Garderobæ Regis videlicet.

" Imago ad ſimilitudinem Regis in ſuperturica
" aperta cum capucio ſuper capud jacente ſicut Rex
" cecidit apud Burdeg. anno xxvj° cum plata ar-
" genti ſub pede ejuſdem Imaginis ponderis in toto
" VI l. IX s. IX d. pretii XV l. XVII s. V d. ponderis v^{m}.
" III unc. v d.

" Coronella auri cum rubetis ameraudis baleis et
" perlis pretii xxv^{li}.

" Unus Liber qui vocatur TEXTUS in uno Caſſo
" de Corio ſuper quem Magnates Jurare ſolebant

" Unus Pannus Regi datus ad modum Mappe
" Mundi

" Unus Annulus Auri cum Saphiro qui fuit de fa-
" brico ſancti Dunſtani (ut credebatur)

" Unus Pannus deauratus de ſerico radiatus

" Unus Liber qui incipit *Prologus in cronica*

" Unus Liber de Romaunitz qui incipit *Criſtiens*
" *ſe voet entrennete*

" Unus Liber qui incipit *Paladi Rutili*

" Una Crux Argenti qui vocatur *Crux de Hereford*

" Unus Liber qui incipit *Ut de Mundo ſit utilis*

" Unus Liber qui incipit *Sanctiſſimo ac Reverentiſſimo*
" *in Xpo. pri.*

 " Duo

" Duo Libri qui vocantur *Texti* cum Platis et Ima-
" ginibus Argenti

" Annulus Auri cum quo Rex fuit conſecratus

" JOCALIA remanentia in fine anni xxvij^{mi} que fue-
" runt quondam REGIS SCOTIE, inventis in Caſtro
" de Edinburgh Anno xxv^{to} videlicet

" Ciphus Argenti { pond. LIS. VI d.
pretii ———

" Una Petra magna ſuper quam Reges Scocie ſole-
" bant Coronari

" JOCALIA remanentia in fine Anni xxvij^{mi} de Jocali-
" bus que fuerunt Domine BLANCHIE DE HISPANIA.

" Una Corona Auri cum Rubettis et Ameraudis et
" groſſis Perlis pretii DC^{l}. ꞇyon nigror i. e. *Turonenſium*
" *nigrorum* or *Tournay black money*

" Una Corona Auri ſuper Perlis Indeis pretii CCCX
" Corona auri unius *pecie* cum Rubettis et Ameraudis
" pretii CCCXX.

" Una Corona magna Auri, cum Baleis quadratis
" Ameraudis, Saphiris orientalibus Rubettis et Perlis
" Orientalibus groſſis pretii MMDCCC ꞇyon nigrorum
" que aſſignatur ad exitum Eccleſiæ et ad Prandium
" Die Coronationis eorundem

" Una Noucha ad modum aquilæ Aurea cum Ru-
" bettis et Ameraudis pretii D. tron. nigror.

" Una Noucha Auri cum Imaginibus Regis et
" Regine cum petraria diverſa precii CXXX. ꞇyon

" Duo Firmacula aurea que dicuntur *Taſſeux* cum
" Rubettis et Ameraudis pretii CCXL l. ꞇyon

" Unum Firmaculum Auri cum Baleis et Amerau-
" dis precii C. ꞇyon

" Unum

"Unum Firmaculum cum Cooperculo, et cum
" Rubettis et Ameraudis pretii L l. tyon

"Unum Firmaculum Auri cum Rubettis et Ame-
" raudis pretii L. tyon

"Firmaculum Auri quadratum cum uno Baleo
" magno in medio, et quatuor Ameraudis et quatuor
" groſſis Perlis orientalibus in circumferentia pretii
" CCCL. tyon

"Firmaculum Auri quadratum cum uno Sapphiro
" magno in medio et duobus Rubettis duobus Ame-
" raudis et IIII groſſis Perlis orientalibus in circumfe-
" rentia pretii CXL l. yton."

Ex Libro magno penes Thomam Aſtle Armigerum, de Tranſcriptis Chartarum diverſorum Regum et aliorum.

Pro Cancellario et Univerſitate Oxon. ut recedent a dicta Villa quia Rex Magnates Regni ad Concilium illuc convocaſſet.

De Anno 48 Hen. 3.

REX Cancellario et Univerſitati Oxon Salutem Cum propter repentinas Turbaciones in regno noſtro jam ſubortas moram facturi ſumus ad tempus in eadem Villa Oxon. ubi magnates regni noſtri ad mandatum noſtrum convenient nobiſcum ſuper arduiſſimis negotiis nos et Statum regni noſtri tangentibus tractaturi NOS attendentes quod ſine graviſſimo periculo ibidem morari non poſſetis maxime tum in tanta congregatione multi indomiti quorum ſævitiam

ſævitiam de facili reprimere non poſſumus ibidem fuerint acceſſuri VOBIS MANDAMUS firmiter injungentes quatinus ad pacem et tranquilitatem noſtram a dicta Villa ad propria ſine dilatione diverſitatis Ita quod predictis Turbationibus Deo volente ſedatis libere et ſine impedimento noſtro vel noſtrorum ibidem rediatis moram facturi ſicut prius facere conſueviſtis et omnibus immunitatibus libertatibus et privilegiis quæ ad Univerſitatem veſtram pertinent quibus hactenus uſi eſtis gaviſuri volumus et concedimus quod omnia tenementa poſſeſſiones redditus ad Univerſitatem noſtram pertinentia nobis ſalva ſint et ea per Attornatos veſtros cuſtodiri et redditus noſtros colligi faciatis Et etiam quod Hoſpitia et bona veſtra quæ ibidem dimiſeretis vobis ſalvo reſerventur Ita tamen quod cum tempora fuerint tranquilla et univerſitas reverſa de contentionibus et diſcordiis habitis in Villa predicta inter Scolares et Burgenſes ejuſdem Villæ ad honorem noſtrum tenenda fierent juxta tenorem aliarum Literarum noſtrarum quas vobis et majori et probis Hominibus Villæ predictæ apud Roffam conceſſimus In cujus &c. T. R. apud Oxon. 12 die Martij

Per Regem & Conſilium

Pro Cancellario et Univerſitate Oxon. ut Scolares ad predictam Villam reducerentur.

De Anno 48 Henrici tertii.

REX Cancellario et Univerſitati Oxon. Salutem Cum propter turbacionem dudum habitam in regno noſtro convocari feciſſimus magnates regni noſtri

noſtri ut venient ad nos apud Oxon. nobiſcum ſuper arduis negotiis nos et regnum noſtrum contingentibus tractaturi et intellexiſſimus quod ſine graviſſimo periculo ibidem morari non potuiſtis propter quod de mandato noſtro ad tempus ad propria divertiſtis Ita quod predicta turbacione Deo volente ſedata libere et ſine impedimento noſtri vel noſtrorum redire poſſetis ibidem moram facturi ſicut prius facere conſueviſtis et omnibus immunitatibus conſuetudinibus libertatibus et privilegiis quæ ad univerſitatem veſtram pertinent quibus hactenus uſi eſtis gaviſuri et quæ omnia Tenementa poſſeſſiones et redditus ad Univerſitatem veſtram pertinencia vobis ſalva ſint et ea per Attornatos noſtros cuſtodiri et redditus noſtros colligi faceretis et etiam ad hoſpicia et bono veſtra quæ ibidem dimiſſiſtis vobis ſalve reſervarentur Ita tamen quod cum tempora fuerint tranquilla et univerſitas veſtra reverſa de contencionibus et diſcordiis habitis in villa predicta inter Scolares et Burgenſes ejuſdem Villæ ad honorem noſtrum emendæ fierent juxta tenorem Literarum noſtrarum patentium quas vobis et majori et probis hominibus Villæ predictæ apud Roſſam conceſſimus Ac jam ſedata Turbatione predicta per Dei gratiam pax inter nos et Barones noſtros jam proviſa ſit et per totam terram noſtram publice proclamata VOBIS MANDAMUS quatinus ad predictam villam Oxon. redeatis moram ibidem facturi ſicut prius facere conſueviſtis et immunitatibus conſuetudinibus libertatibus et privilegiis quæ ad Univerſitatem predictam pertinent quibus huc-uſque uſi eſtis gaviſuri ſicut predictum eſt T. R. apud Sanctum Paulum London 30 die Maij

Et MANDATUM EST Majori et probis hominibus Oxon. quod cum predicti Cancellarius et Univerſitas ad villam

lam predictam redierint ipſos ibidem curialiter recipiant et modo meliori quo fieri poterit ipſos tractent providentes ipſos ibidem moram facere ſicut prius facere conſueverunt et immunitatibus libertatibus et privilegiis quæ ad Univerſitatem predictam pertinent quibus hucuſque uſi ſunt gaudere ſicut predictum eſt T. R. apud Sanctum Paulum Londo. 30 die Maij.

Annullatio conceſſionis de Univerſitate apud Northampton habenda.

De Anno 49 H. 3.

REX Majori & Civibus ſuis Northt. Salutem Cum occaſione cujuſdam magna contentionis in Villa Cantebrig. triennio jam elapſo ſuborta nonnulli Clericorum tunc ibidem Studentium unanimiter ab ipſa Villa receſſiſſent ſe uſque ad Villam noſtram Northt. tranſferentes et ibidem ſtudiis inhærendo novam conſtruere Univerſitatem cupientes NOS illo tempore credentes Villam illam ex hoc poſſe meliorari et nobis utilitatem non modicam inde provenire vobis dictorum Clericorum et eorum requiſitionibus annuebamus in hac parte Nunc autem cum ex relatu multorum fide dignorum veritatem intelleximus quod ex hujuſmodi Univerſitate ſi permanſerit ibidem municipium noſtrum Oxon. quod ab antiquo creatum eſt et a Progenitoribus noſtris Regibus Angliæ confirmatum ac ad commoditatem Studentium comuniter approbatum non mediocriter læderetur quod nulla racione vellimus maxime cum Epiſcopis terræ noſtræ ad honorem Dei et utilitatem Eccleſiæ Anglicanæ et pro-

fectum

fectum ſtudentium videntur expedire quod Univerſitas amoveatur a Villa predicta ſicut per Literas ſuas patentes accepimus Vobis de conſilio Magnatum noſtrorum firmiter inhibemus ne in Villa veſtra de cætero aliquam univerſitatem eſſe nec aliquos Studentes ibidem manere permittatis aliter quam ante creacionem dicte Univerſitatis fieri conſuevit T. Rege apud Weſtm. primo die Februarii.

De Univerſitate Pariſiis.

Pat. de anno 13 H. 3.

REX Magiſtris et Univerſitati Scolarum Pariſii Salutem Tribulacionibus et anguſtiis non modicis quas ſub iniqua lege Pariſii eſtis perpeſſi humiliter compatientes ob reverentiam Dei et Sanctæ Eccleſiæ vobis pie ſubveniendo ſtatum noſtrum cupimus ad debitam reduci Libertatem unde veſtræ duximus Univerſitati ſignificandum quod ſi placeat ad regnum noſtrum Angliæ vos transferre et in ea cauſa ſtudii moram facere Civitates burgos vel villas quaſcunque velitis eligere vobis ad hoc aſſignabimus et omnimoda ſicut decet libertate et tranquillitate quæ Deo placere et vobis plene ſufficere debiat vos gaudere faciemus T. Rege apud Rading 16 Julij.

Literæ Patentes &c. de Edificatione et Suſtentatione Pontis London.

Pat. aº 3º Johis. m. 2. n. 9.

JOHANNES Dei gratia Rex Angliæ &c. dilectis et fidelibus ſuis Majori et Civibus London̄ Salutem Attendentes qualiter circa Pontem Xanton̄ et pontem de Rupella Deus a modico tempore ſit operatus per Sollicitudinem fidelis Clerici noſtri Iſenberti Magiſtri Scolarum Xanton̄ Viri utiq. literati et honeſti ipſum de conſilio Venerabilis Patris in Chriſto H. Archiepiſcopi Cantuar. et aliorum rogavimus et monuimus et etiam coegimus ut pro veſtra et multorum utilitate de ponte veſtro faciendo curam habeat diligentem Confidimus enim in Domino quod idem pons tam neceſſarius vobis et omnibus tranſeuntibus ut ſcitis, per ejus induſtriam faciente Domino poterit in proximo conſummari Et ideo volumus et concedimus quod ſalvo Jure noſtro et conſervata indempnitate Civitatis London Cenſus Edificiorum quæ ſuper pontem prædictum idem magiſter Scolarum faciet fieri ſint imperpetuum ad eundem pontem reficiendum et operiendum et ſuſtentandum Quia igitur idem pons tam neceſſarius ſine veſtro et aliorum Auxilio perfici non poterit mandamus Vobis exhortantes quatinus memoratum Iſenbertum et ſuos pro veſtra utilitate pariter et honore ſicut decreverit benigne recipiatis et honoretis in hijs quæ dicta ſunt conſilium et auxilium veſtrum eidem unanimiter impendentes Quicquid enim boni et honoris eidem Iſenberto feceritis nobis factum reputare debetis Si quis vero eidem Iſenberto

vel ſuis in aliquo foris faciat quod non credimus vos illud eiſdem faciatis quam citius ad vos pertinet emendari Teſte meipſo apud Molmell xviij die Aprilis

Sub eadem forma ſcribitur omnibus fidelibus per Regnum Angliæ conſtitutis.

Rot. Claus. a° 15 Johis. m. 3.

MANDATUM eſt majori et Vicecomitibus London̄ quod Denarij dim qui amodo capientur de Mercatoribus extraneis dentur ad operationem Pontis London̄ Teſte meipſo apud Turrim London̄ xxviij die Decembr. Anno Regni noſtri xv°.

Pro Magiſtro Hoſpitalis Sanct. Katerine jux̄ Turr̄ London̄

Rot. Pat. a° 50 R' Hen. 3. m. 43. n. 129.

REX Fratribus et Capellanis miniſtrantibus in Capella Sancti Thome ſuper Pontem London̄ et ceteris Habitantibus ſuper eundem Pontem & omnibus alijs ad quos preſentes Littere pervenerint Salutem Sciatis quod Commiſimus Magiſtro & Fratribus Hoſpitalis Sancte Katerine juxta Turrim noſtram London Cuſtodiam predicti Pontis cum omnibus tam redditibus et Tenementis quam alijs ad predictum Pontem infra Villam et extra pertinentibus Habendum et Tenendum eidem Magiſtro et Fratribus per quinquennium Ita tamen quod de predict. reddit̄ ten̄ & rebus alijs ad predictum Pontem ſpectantibus reparent & ſuſtentent Pontem illum quatenus inde fieri poterit & conſuevit

conſuevit Et ideo vobis mandamus quod eidem Magiſtro & Fratribus tanquam Cuſtodibus predicti Pontis in omnibus que ad Cuſtodiam illam pertinent uſque ad predictum terminum intendentes ſitis et reſpondentes ſicut predictum eſt Teſte Rege apud Weſtm̄ xvi^to^ die Novembris.

Pro Regina Angl.

Rot. Pat. A. 54. R^s^ Hen. 3. m. 4. n. 11.

REX Omnibus &c. Salutem cum dudum Conceſſiſſemus Kariſſime Conſorti noſtre Alenor̄ Regine Anglie Cuſtodiam Pontis noſtri London̄ cum Libertatibus et omnibus alijs ad Pontem illum pertinentibus Habendum ad certum tempus Nos eidem Regine noſtre gratiam facere volentes uberiorem Conceſſimus ei Cuſtodiam Pontis predicti cum libertatibus & omnibus alijs ad Pontem illum ſpectantibus uſque ad feſtum Omnium Sanctorum proxim̄ futurum et ab eodem feſto omnium Sanctorum uſque ad finem ſex annorum proxim̄ ſequentium completorum In cujus &c. Teſte Rege apud Wodeſtok x^mo^ die Septembris.

De Subvention̄ fac̄ Reparation̄ Pontis Lond^o^.

Rot. Pat. a^o^ 9° R^s^ Edri̅ 1^mi^ m. 27.

REX Omnibus Ballivis & Fidelibus ſuis ad quos &c. Salutem Dotentibus nobis nuper innotuit pontis London̄ iminere ruinam ad cujus reparationem niſi celeriter accurratur nedum caſus pontis illius

repentinus

repentinus verum etiam innumerabit fere populi ſuper inhabitantes ex inopinato poterit interitus formidari & opus illud quod juvari poſſet modis aliquibus ante caſum pro defectu Subſidij ad irrecuperabile dampnum diſpendia poterit pervenire Quo circa Nos qui publicis Utilitatibus et privatis tenemur proſpicere & benignius providere ac ipſos quos hujuſmodi juncti commodis perſpicimus affectione ſpeciali complecti et preſidijs regalibus communire vobis Mandamus rogantes quatinus cum ad vos Cuſtodes illius ſumptuoſi Operis Pontis predicti vel Nuncios eorundem quos in Protectionem & defenſionem noſtram ſuſcepimus ſpecialem ad colligendum ubicumque per Regnum noſtrum dicto operi pia devotorum Subſidia contigerit declinare ipſos Dei contemplatione et caritatis intuitu ad noſtre in hac parte devotionis optentu amicabiliter admittatis Non inferentes eis vel inferri permittentes injuriam moleſtiam dampnū impedimentum ſeu gravamen Et ſi quid eis foriſfactum fuerit id eis ſine dilatione faciatis emendari Cumque a prefatis Cuſtodibus ſeu Nuncijs eorundem ad ſubveniendum reparationi Pontis predicti fueritis requiſiti quicquam de bonis veſtris juxta facultates veſtras contribuere velitis humiliter operi memorato & unus quiſque veſtrum alterum nitatur precurrere in tantis operibus Caritatis pro quo a Deo meritum et a Nobis gratias reportare debeatis in cujus &c. Teſte Rege apud Walſingham 8vo die Januarij

Et Mandatum eſt Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus Prioribus Rectoribus & Omnibus alijs Sancte Matris Ecclesie Miniſtris ad quos &c. Quod cum ad ipſos Cuſtodes illius ſumptuoſi operis Pontis predicti vel Nuncios eorundem quos in Protectionem &c. ad Colligendum ubicumque

ubicumque per Dioceſes Rectorias vel quaſcumque Juriſdictiones dicto Operi pia Devotorum Subſidia contigerit declinare ipſos Dei contemplatione &c. admittentes eos populum ibidem pijs ſuaſionibus excitare et ſuarum Elemoſinarum Subſidia ad reparationem Pontis predicti Caritative invocare permittant Non inferentes &c. Et ſi quid &c. In cujus &c. Teſte ut ſupra.

De Reparatione Pontis London̄

Pat. a° 10 Edw. 1mi m. 18.

REX majori ſuo London̄ Salutem Propter ſubitam ruinam Pontis London̄ vobis mandamus quod aſſociatis vobus duobus vel tribus de diſcretioribus et legalioribus Civibus Civitatis prædictæ capiatis uſq. ad Parliamentum noſtrum poſt Paſch. proximo futur. in Subſidium reparationis Pontis predicti Conſuetudinem Subſcriptam videlicet de quolibet homine tranſeunte aquam Thamiſiæ ex tranſverſo ex utraq. parte Pontis London̄ de London̄ uſq. Suthwerk & de Suthwerk uſq. London̄ occaſione defectus reparationis Pontis predicti unum quadrantem de quolibet Equo ſic tranſeunte ibidem unum denarium et de quolibet Summagio ſic ibidem tranſeunte unum obolum Set volumus quod aliquid ibidem hac occaſione interim capiatur niſi in Subſidium reparationis Pontis ſupra dicti In cujus &c. Teſte Rege apud Cirenceſtr. iiij° die Februarij.

Pro

Pro majore et Communitate Civitatis London̄

Pat. 10 Edw. 1. m. 11.

REX omnibus ad quos &c. Salutem Quia ex teſtimonio dilectorum et fidelium noſtrorum Radī de Hengham et Willī de Brumpton et aliorum fidedignorum intelleximus quod non eſt ad dampnum noſtrum ſeu nocumentum Civitatis noſtræ London̄ ſi concedamus dilectis nobis Henrico le Waleys majori et Communitati ejuſdem Civitatis quod quandam placeam vacuam contiguam muro Cimiterij Eccleſiæ de Wolchurch ex parte boreali in parochia de Wolchurch et quandam aliam placeam vacuam contiguam muro Cimiterij Eccleſiæ Sancti Pauli ex parte orientali inter portam Sancti Auguſtini et vicum de Weſtchep cujus placeæ una Medietas jacet in parochia Sancti Auguſtini et alia Medietas in Parochia Sancti Michaelis ad Bladum et quandam aliam placeam vacuam contiguam muro predicti Cimiterij Eccleſiæ Sancti Pauli ex parte boriali inter magnam portam ejuſdem Cimiterij ex oppoſito predictæ Eccleſiæ Sčti. Michaelis et quandam aliam portam in eodem Muro verſus Occidentem ex oppoſito Venellæ Ivilane edificare et arrentare poſſint ad Suſtentationem pontis London̄ Conceſſimus pro nobis et heredibus noſtris predictis Henrico et Communitati quod placeas predictas edificari et arrentare poſſint prout commodo ipſorum et ejuſdem Civitatis magis expedire viderint et eas ſic edificatas et arrentatas tenere ſibi et heredibus ſuis imperpetuum ad ſuſtentationem Pontis predicti ſine occaſione vel impedimento noſtri et heredum noſtrorum

noſtrorum Juſtic̄ et Ballivorum noſtrorum quorum-cunq. In cujus &c. Teſte Rege apud Hertlebir. xxiiij die Maij.

De conſuetudinibus capiendis ad Reparationem Pontis London̄

Pat. 10 Edw. 1. m. 9.

REX majori ſuo London̄ Cum nuper propter ſubitam Ruinam Pontis London̄ vobis mandaverimus quod aſſociatis vobis duobus vel tribus de diſcretioribus et legalioribus Civibus Civitatis prediċtæ caperetis uſq. ad Parliamentum noſtrum poſt Paſcha proximo preteritum in ſubſidium reparationis Pontis prædiċti quandam Conſuetudinem prout in Literis noſtris patentibus quas vobis inde fieri fecimus plenius continetur Nos captionem hujuſmodi Conſuetudinis ulterius continuari volentes Vobis mandamus quod a feſto Sanċtæ Margaretæ Virginis proximo futuro uſq. ad finem trium annorum prox̄ ſequentium completorum in Subſidium reparationis pontis prædiċti capiatis Conſuetudinem ſubſcriptam videlicet de quolibet homine pedite Mercandiſas vel alia venalia deferente et Pontem prediċtum tranſeunte et ſe ad partes alias divertente unum quadrantem de quolibet homine equite Pontem illum tranſeunte et ſe ad partes alias ſicut prediċtum eſt divertente cum Mercandiſis vel alijs rebus venalibus unum denarium de quolibet Summagio Venali Pontem illum tranſeunte unum obolum Nec volumus quod aliquid ibidem hac occaſione interim capiatur niſi in Subſidium reparationis Pontis ejuſdem Completo autem termino prediċtorum trium annorum

horum conſuetudo predicta enitus ceſſet et deleatur In cujus rei teſtimonium &c. per predictos tres annos duratur Teſte Rege apud Ceſtr. vi° die Julij.

De Nuncijs Subſidia pro operibus Pontis London̄ querentibus admittendis.

Pat. 14 Edw. 2. p. 1. m. 19.

REX Archiepiſcopis Epiſcopis Abbatibus Prioribus Rectoribus et Omnibus alijs Sanctæ Matris Eccleſiæ Miniſtris ad quos &c. Salutem Quæ et quot mala non ſolum rerum amiſſiones ſet innumerabilium hominum corporum pericula quæ per ruinam Pontis London̄ ſi imminerit quod abſit poterunt evenire Volentes hujuſmodi periculis præcavere et utilitatibus publicis et privatis proſpicere ut tenemur Vos rogamus cum ad vos cuſtodes illius ſumptuoſi operis Pontis predicti vel nuncios eorundem quos in protectionem et defenſionem noſtram ſuſcepimus ſpecialem ad colligendum ubicunq. per Dioceſes Rectorias vel quaſcunq. Juriſdictiones veſtras dicto operi pia devotorum ſubſidia contigerit declinare Ipſos Dei contemplatione et Caritatis intuitu ac noſtræ in hac parte devotione optenta amicabiliter admittentes eos populum ibidem pijs ſuaſionibus excitare et ſuarum elemoſinarum ſubſidia ad reparationem Pontis predicti caritative invocare permittatis Non inferentes eis vel inſerri permittentes injuriam moleſtiam dampnum impedimentum aliquod ſeu gravamen Et ſi quid eis foriſfactum fuerit id eis ſine dilatione faciatis emendari In cujus &c. Teſte Rege apud Langele xiij. die Auguſti.

Pontagiū London̄

Rot. Pat. a° 34 R^s^. Edri̅ 1^mi^ m. 25.

REX dilectis ſibi Majori & Vicecomitibus ac ceteris Civibus ſuis London̄ Salutem Sciatis quod in auxilium Pontis London̄ reparandi & ſuſtentandi Conceſſimus vobis quod a die confectionis Preſentium uſque ad finem trium annorum proximo ſequentium completorum capiatis ibidem de rebus venalibus ultra Pontem predictum et ſubtus eundem tranſeuntibus conſuetudines ſubſcriptas videlicet De qualibet Peiſa Caſei uncti Sepi et Butiri venalium unum denarium De qualibet Peiſa Plumbi venal. unum quadrantem De qualibet Centena Cere venal. duos denarios De qualibet Centena Amigd. et Ris̄ venal. unum denarium De qualibet Centena Grane ven̄ unum denarium De qualibet Centena Piperis & Zinziberis Cotewell & Kanelle Thuris Braſill. Vivi Argenti Vermeillon̄ & Viridis Greci venal. duos denarios De qualibet Centena Ciniori Aluminis Zukar̄ Lekoris̄ Aniſij Ciromontani Pion̄ & Auripigmenti venal. unum denarium De qualibet Centena Sulphur̄ Artguell. Attramenti Reiſin̄ Coperos̄ et Calamin̄ venal. unum quadrantem De quolibet groſſo Fraello Ficuum & Racennarum venal. unum obolum Et de quolibet minori fraello unum quadrantem De qualibet Libra Gariofili Nucum Muſcatorum Macee Cubebarum Croci & Serici venal. unum quadrantem De quolibet Butricello Gingiberarū venal. unum denarium De qualibet Centena Cuperis Æris et Stagni venal. unum obolum De qualibet Centena Vitri venal. unum quadrantem De quolibet Millenario

melioris

melioris Griſij operis venal. duodecim denarios De quolibet Millenario Ruffi operis venal. ſex denarios De quolibet Millenario Roſekin venal. quatuor denarios De qualibet Centena Cuniculorum venal. unum obolum De qualibet Tymbra Uulpium venal. unum obolum De qualibet Tymbra Cottorum venal. unum Obolum De qualibet duodena Pellium Genettorum venalium unum Obolum De qualibet Centena Pellium Ovium lanitarum venal. unum denarium De centum Pellibus Agnorum & Capriolorum venal. unum obolum De qualibet duodena Allicum venalium unum denarium De qualibet duodena Baſan̄ venal. unum obolum De quolibet quarterio Weyde venal. unum obolum De quolibet Dolio Mellis venalis ſex denarios De quolibet Dolio Vini venalis duos denarios De quolibet Dolio Cereviſie tranſeunte Pontem illum ducendo ad partes transmarinas unum denarium De qualibet Syna Salis venal. unum denarium De qualibet Mola ad Molend venal. duos denarios De quibuſlibet duodecim Turnis Manumolorum venal. unum denarium De qualibet Mola ad fabrum venal. unū quadrantem De quolibet Dolio Cinerum et piſcis venal. unum obolum De qualibet Centena Borde de Quercubus veniente de partib. tranſmarinis venal. unum obolum De qualibet Centena de Borde Sap̄ veniente de partibus tranſmarinis venal. duos denarios De quibuſlibet viginti Garbis Aſſeri & Ferri venal. un̄ obolum De quarta Centena de Pountandemir̄ venal. unum denarium De quolibet Summagio Equorum cum Sargtis̄ Scaminis griſis Pannis & tincis Pannis venal. unum denarium De Centum ulnis Cavenacij venientibus de partibus tranſmarinis unum denariū De qualibet duodena Poplorum venal. unū obolum De quolibet Panno de Serico ſive

Auro venal. unum obolum De quolibet Sanitto & Panno operato cum Auro duos denarios De qualibet duodena Fuſtañ venal. unum denarium De quolibet Sindello afforciato venal. unum quadrantem et de duobus alijs Sindellis venal. unum quadrantem De quolibet Pondere Tele veniente de partibus tranſmarinis venali ſex denarios De qualibet Centena Ponderis Baterie ſcilt Bacinorum Patellarum Ollarum & Poccinorum venal. unum denarium De quolibet Panno de Flandria cincto et afforciato venal. duos denarios De quolibet Eſtanford de eiſdem partibus venal. unū denar De qualibet Duodena Caligarum venal. venientium de eiſdem partibus unum obolum De quolibet Caperat veñ unum denarium De quolibet Burello veniente de Normannia vel aliunde unum obolum De qualibet duodena nigri vel albi Panni Monachal. venal. unum denarium De quolibet Truſſello panni veñ tranſeunte ibidem ducente ad partes tranſmarinas decem et octo denarios De quolibet Panno Anglico tincto & Ruſſeto venali preterquam de Scarleto tranſeunte pontem illum ad vendendum duos denarios De quolibet Scarleto veñ ſex denarios De quolibet Panno Eſtivali venali veniente de Stamford vel de Northamptoñ vel de alijs locis Anglicis tranſeunte ibidem unum denarium De qualibet Duodena Chalonum venal. unum denarium De quolibet Pondere alterius Mercandiſe venal. tranſeunte ibidem ſuperius non expreſs. quatuor denarios De qualibet Navata Carbonis maris venal. ſex denarios De qualibet Navata Turbe venal. duos denarios De qualibet Scitata Buſce venal. duos Denar De qualibet Batellata Buſce venal. unum denarium De qualibet Scitata Feni veñ duos denarios De quolibet

bet Quarterio Frumenti venal. tranſeunte ibidem unum quadrantem De duobus Quarterijs Siliginis Ordei Mixtilionis Piſarum & Fabarum venal. unum quadrantem De quatuor Summis Avene venal. unum denarium De duobus Quarterijs Gruti & Braſei venal. unum quadrantem De quolibet Equo venali pretij quadraginta ſolidorum & amplius unum denarium De quolibet Equo venali minoris pretij quam quadraginta ſolidorum unum obolum De quolibet Bove et Vacca venal. unum obolum De ſex Porcis venal. unum obolum De decem Ovibus venal. unum obolum De quinque Baconibus venalibus unum obolum et de decem pervis venalib̄ unum obolum De quolibet Batello operato in London venal. tranſeunte ibidem unum denarium De qualibet Carecta carcata piſcibus venal. tranſeunte ibidem unum denarium De Corpore cujuſlibet magne Navis carcate rebus venalibus tranſeunte ibidem exceptis rebus illis duos denarios De Corpore cujuſlibet minoris Navis carcate hujuſmodi rebus preter res illas unum denarium De quolibet Batello carcato unum obolum De qualibet duodena Salmonum ſalitorum venal. unum denarium De viginti & quinque Milnell. venal. unum obolum De centum Haddoc̄ Salitis venal. unum obolum De centum Makerellis ſalitis venal. unum quadrantem De quolibet Millenario Allecum ven̄ unum quadrantem De qualibet duodena Lampredarum ſalitarum venal. unum denar̄ De quolibet Millenar̄ Anguillarum ſalitarum unum obolum De qualibet centena Ponderis graſſi Piſcis venal. unum denarium De centum pecijs Sturginis venal. duos denar̄ De qualibet Centena de Stokfiſh unum quadrantem De qualibet ſumma Ceparum venal. unum quadrantem De qualibet ſumma Allei venal. unum

quadrantem

quadrantem De qualibet vero mercandiſa hic non nominata pretij viginti ſolidorum unum denarium Et Ideo vobis mandamus quod dictas conſuetudines uſque ad finem predictorum trium annorum capiatis ſicut predictum eſt Completo autem termino illo conſuetudines predicte ceſſent et penitus deleantur In cujus &c. per predictum tempus duratur Teſte Rege apud Wynton 7mo die Maij.

Per breve de Privato Sigillo.

Pro Cuſtodibus Pontis London̄

Rot. Pat. a° 17 R^{s} Edw. 2di. p^{s} 2. m. 9.

REX Omnibus ad quos &c. Salutem Inſpeximus Cartem Majoris Aldermannorū & Communitatis Civitatis London̄ in hec Verba Omnibus Chriſti Fidelibus ad quos preſentes littere pervenerint Hamo de Chiggewell Major Aldermanni & tota Communitas Civitatis London̄ Salutem Sciatis quod cum celebris memorie Dominus Edwardus quondam Rex Anglie Pater Domini Regis nunc Anno Regni ſui decimo per Litteras ſuas conceſſiſſet pro ſe et Heredibus ſuis Henrico le Waleys tunc majori et Communitati Civitatis predicte quod ipſi quandam placeam contiguam Muro Cimiterij Eccleſie de Wallecherche ex parte boreali in Parochia ejuſdem Eccleſie edificare et arrentare poſſent ad ſuſtentationem Pontis London̄ prout pro commodo ipſorum et ejuſdem Civitatis magis viderent expedire et dictam placeam ſic edificatam et arrentatam tenere poſſent ſibi & heredibus ſuis ad Suſtentationem Pontis predicti imperpetuum prout in litteris predictis

predictis plenius continetur Ac prefatus Henricus Major & Communitas Civitatis predicte pro communi proficuo Civitatis illius quandam domum ſuper placeam predictam edificari & conſtrui et eam le Stokkes appellari feciſſent & eam pro Carnibus et Piſcibus ibidem quaſi in Loco in medio Civitatis predicte ſituato vendendis ordinaſſent ac Redditus de Stallis ibidem provenientes ad ſuſtentationem dicti Pontis aſſignaſſent imperpetuum et ſimiliter conceſſiſſent & ordinaſſent quod alibi in Civitate predicta quam in eadem domo & in loco predict. Stalla Carnificum ſive Piſcenariorum eſſe non permitterent exceptis videlicet Vico de Bruggeſtrete de Eſtchepe et Vico de Eldefisſheſtrete et Vico Carnificum occidentali in Parochia Sancti Nicholai prout antiquitus fieri conſuevit prout in ordinatione & compoſitione per prefatum Henricum & tunc Communitatem Civitatis predicte in hac parte factam plenius vidimus contineri a quo tempore Carnifices & Piſcenarij Carnes & Piſces ſuos ibidem et non in alijs locis contiguis & vicinis exceptis vicis predictis vendiderunt & redditum de Stallis ibidem provenientem Cuſtodibus Pontis predicti qui pro tempore fuiſſent in auxilium ſuſtentationis ejuſdem Pontis rediderunt At nos prefati Major et Aldermanni nuper ex querela Johannis Sterre et Rogeri atte Wyne Cuſtodum dicti Pontis accipientes quod quidam Carnifices & Piſcenarij Civitatis predicte qui ad locum predictum ſtare carnes et piſces ibidem vendere conſueverunt redditum predictum ſubtrahere machinantes alia Stalla pro Carnibus et Piſcibus ſuis vendendis in alto Vico Regis et aliis locis contiguis & vicinis extra domum predictum ut ſic pro Stallis infra domum predictam exiſtentibus nichil redderent contra ordinationem

tionem prius in hac parte factam auctoritate ſua propria fecerunt Carnes et Piſces ſuos ibidem vendiderunt per quod redditus predictus qui maxima pars ſuſtentationis Pontis predicti exiſtit ſubtrahebatur in inmenſum Super quo dicti Cuſtodes nobis ſupplicarunt Remedium ſibi per Nos adhiberi Et Nos conſiderationem habentes ad hoc quod ſi hujuſmodi venditiones ulterius tollerarentur in pontis predicti et civitatis predicte ac omnium per pontem illum tranſeuntium periculum & dampnum cedere poſſent manifeſte et etiam ad hoc Quod Dominus noſter Rex nobis per breve ſuum dedit in mandatis quod id quod in premiſſis minus rite et contra predictam ordinationem eſſet attemptatum corrigi et emendari ac in ſtatum priſtinum reponi faceremus inditate Et Volentes hujuſmodi dampnis & periculis precavere ac mandatis dicti Domini noſtri Regis in omnibus obedire predictos Carnifices et Piſcenarios coram nobis evocari et de eo quod ipſi carnes et piſces ſuos in alijs locis vicinis et contiguis extra domum predictam contra ordinationem predictam vendiderunt alloqui fecerimus qui nichil in hac parte dixerunt nec dicere ſciverunt per quod dicta ordinatio debeat infirmari ſet petierunt quod ordinatio & compoſitio in hac parte prius facte in omnibus obſervarentur Nos igitur inſpecta ordinatione de hujuſmodi venditionibus & conſuetudine antiqua & viſa compoſitione predicti Henrici le Waleys tunc Majoris de hujuſmodi venditionibus per aſſenſum totius Communitatis facta et ordinata ex communi aſſenſu noſtro et totius Communitatis predicte Concordavimus & Conceſſimus quod predicta ordinatio antiqua & compoſitio de hujuſmodi venditionibus firma & ſtabilis permaneant temporibus futuris Ita quod ſi aliqui contra

tra predictam antiquam ordinationem & conſuetudinem deliquerint ſeu contravenirent Primò rem ſic venditioni expoſitam amittant et Secundò amittant Libertatem Civitatis predicte ſicut ſecundum legem & conſuetudinem ejuſdem Civitatis antiquitus fieri conſuevit Et quia utile perpendimus res abſconditas que eximie vetuſtatis latebant conducere in lucem ut per eaſdem fragilis memoria ad ſenſum revocetur et delinquentes ab Actibus malis ſeſe facilius abſtineant ob perpetuam rei memoriam Sigillo noſtro predicte Civitatis communi preſentes duximus roborandum ſub cuſtodia predictorum Cuſtodū et aliorum Cuſtodum ſuccedentium qui pro tempore fuerint perpetuis temporibus conſervandum Dat in Gildaula London̄ coram Majore Aldermannis & Communitate predictis Die Sabbati proximo poſt feſtum Sancti Valentini anno Regni Regis Edwardi filij Regis Edwardi decimo ſeptimo Nos autem ordinationem compoſitionem concordiam et conceſſiones predictas et omnia alia in predicto ſcripto contenta rata habentes et grata ea pro Nobis et heredibus noſtris quantum in Nobis eſt concedimus et confirmamus ſicut predictum ſcriptum rationabiliter teſtatur In cujus &c. Teſte Rege apud Turrim London̄ 16to die Junij

Per finem decem Marcarum.

Pro Walto Feſecok.

Rot. Pat. aº 8vo Rs Rici. 2. ps 2. m. 22.

REX Omnibus ad quos &c. Salutem Sciatis quod de gratia noſtra ſpeciali et pro bono Servitio quod dilectus Nobis Walterus Feſecok unus Bargemannorū noſtrorum nobis impendit & impendet in futuro Conceſſimus eidem Waltero quantum in Nobis eſt Officium Janitoris Pontis Civitatis noſtre Londoñ quod quidem officium valorem treſdecem ſolidorum et quatuor denariorum per annum non excedit ut dicitur Habendum cum proficuis ad idem officium pertinentibus pro termino vite ſue modo quo Johannes Cheſe defunctus officium predictum ex conceſſione Cariſſimi Domini et Avi noſtri Regis defuncti habuit In cujus &c. Teſte Rege apud Weſtmonaſterium 8vo die Aprilis

Per Breve de privato Sigillo.

FINIS VOL. PRIMI.